


6.V.6

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

1. f. Hesperia agrestis 102  
- patagonicae psp. lvs 103  
- us nothof. 108.  
1. quinqueguttata 122  
- palmarum tristans 123  
- vnt de Xbo Re 124  
- us sing. inq. amurensis 127.



*Dee collegio della Compagnia de Gesu de Granada  
B.R.*

# B. VIGILII

MARTYRIS ET EPI-  
SCOPI TRIDENTINI OPERA,

quorum aliqua nunquam antehac inte-  
grè edita, & nunc demum suo au-  
ctori vendicata, horum titu-  
los versa pagella de-  
monstrabit.

*AD H.A.E.C.*

COMMENTARIUS DE DVA BVS IN  
Christo naturis & unita hypostasi, aduersus præcipuas hue-  
ius ætatis hæreses

GEORGII CASSANDRI



COLONIAE  
Apud heredes Arnoldi Birckmanni.

ANNO 1555.

*Lege que in pag. sequenti notantur.  
Lib.*

OPERA B. VIGILII  
quæ extant.

Disputatio inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanasiū nunquam antehac integrè edita, & nunc demum suo auctori uendicata.

Eiusdē aduersus Eutychen & alios hereticos de Christo D. N. male sentientes libri V. hac quoque etate longè utilissimi.

Hac opera falso attribuunt B. Vigilius Mariglii Episcopo Tridentino: et in eis vita in fragm defigita aliqui errores continentur. M. J. B. estat ea ijs, q̄ her. Bibliotheca Vedry Patry tom. 4. Logrens de Divis Vigiliis; P. Philipp Lalle tom. 2. de Scriptoribz Ecclesiasticis sub verbo, Vigilius Afer; et P. Sagredoq̄ in vita d. Vigili, die 26. Junij. Videri utiq̄ potest Index Expurgatorij ylo, Bibliotheca S. Offy, in expurgatione tom. 5. pag. 139.

CLARIS VI  
RO HENRICO BAR-  
SIO OLIVERIO. I. V. DOCT. IL  
lustriss. Principis Guilhelmi Ducis Cli-  
uiæ &c. Cancellario Georgius  
Cassandra S.D.



ON sum immemor vir clarissime, ex quo primū in tuum ornatussimiç; viri Adolphi filij tui cōgressum colloquiūç; venī, quanta me nec merentem humanitate & benevolentia sis profecutus. Quare mei officij vicissim esse putauī, vt oblata imo captata aliqua occasiōe pro mea tenuitate & exilitate, meum erga te studium obseruantiamē; declarē: quod vt tandem aliquādo faciam, prius quæ me caussa ad huius libelli æditiōem impulerit, breuiter explicabo. Iam alter fere annus exactus est, quum mihi à grauissimo & pene mortifero morbo nonnihil respiranti & conualescēti, amicus quidam libros quinque Vigilij, aduersus Eutychen prælegit, quos eo libentius & auditus complectebat, quod aduersus præsentes hereses iam longe

† 2 latecij

## • EPISTOLA

lateq; grassantes ab hominibus quibusdam maleferiatis, in quibus Nestorij & Eutychetis spiritus immigrasse videtur , excitatas quasi de industria instituti & conscripti viderentur. Cum itaq; legendō ad quintum librum vētūm esset, in quo sub initium hēc verba continentur, Et quanquam de conciliorum diuersis sanctiōnibus & nominum religiose additis nouitatibus plēnissime in ijs libris, quos aduersus Sabelliū, Fotinū & Arrium sub nomine Athanasij tanquam si p̄fentes cum p̄fentibus agerent, ybi etiam cognitoris persona videtur inducta, conscripsimus. His auditis vt subsisteret amicus monui eamque orationem bis terve legendo repeteret: quod cum fieret statim mihi visus est auctor eum librum quasi digito demonstrare, qui sub Athanasij nomine operibus Athanasij haētenus quanquam mutilus & imperfectus atq; adeo depravatus, insertus legitur, id quod mecum omnes, qui aliquando in eum inciderint, & hēc Vigilij verba contulerint ( modo communi sensu sint p̄dicti ) iudicabunt. Eum sanē cum aliquando legilem , facilē quidem fuit animadvertere, nō esse illum magni illius & incomparabilis Athanasij, cum nec stylus cōgrueret,

## DEDICATORIA.

ret, nec temporum ratio vlo modo conuēniret: nam constat Arrij mortem Constantij imperiū antecessisse, sub quo hēc disputatio facta inducitur. Magis autem posteroris ætatis Latini alicuius hominis Ruffinum secuti, qui Arrij vitam vsque ad Constantij imperium falso produxit, esse videbatur. Rursum cum inter legendum grauis alii cuius & neque indocti neque lectione indigni esse appareret, summopere gauisus sum quod eius auctorem agnoscere , eique amissam propemodum & alieno domino ascriptam possessionem post lōgum tempus restituere licuerit. Cur autem à nemine id ante hoc obseruatum sit, in caussa esse puto, quod in vulgatis manuscriptis tum typis expressis exemplaribus, tota ea que cum Sabellio & Fotino, habita est altercatio sit prætermissa. commode autem in manus nostras manuscriptum exéclar venerat, quod præter Athanasij & Arrij etiam Sabellij & Fotini negotium aliquot paginis in alijs prætermissum, continebat . Quare omnis dubitandi caussa semel ablata videbatur: restabat tantum scrupulus vnuis, quod se libros non librum scripsisse Vigilius afferat, sed fieri potest vt in duos aliquando libros

## EPISTOLA

hoc opusculum diuisum fuerit, atque ab alterius diei disputatione, quæ in nonnullis exemplaribus diuisim collocata est, alterius libri initium extiterit, ac postea à librarijs tanquam vnius libri scriptio continua sit. Certè qui aduersus Eütychen extant libri quinque, si guli cum altera huius opusculi parte, quæ vnius vel alterius diei disputationem continet, conferantur, breuiores apparebunt: Accedit his, in quo non leue momentum est, quod tanta sit stylis conuenientia & similitudo, vt non ouum oua similius reperiatur. Quare amplius hacten non relietus est ambigendi locus. Video autem hunc Vigilium, quamvis fortassis in Arrij & Athanasij personis, quos fieri potest ut Ruffinum fecutus, simul in Constantij tempora incidisse existimans, decorum temporis se tenuisse putauerit. (Nam quamvis præter Sedulum Socrates & Sozomenus alterius cuiusdam Arrij meminerint, apparent tamen totam orationem ad notum illum & celebrem Arrium hæresis illius auctorem referri.) Atque idem in Fotini persona fieri potuit, qui suam imperante Constantio Sirmij Illyriæ, cuius ciuitatis Episcopus erat, hæresim excitauit. In Sabell.

## DEDICATORIA.

bellio tamen rationem temporum minimè obseruasse, aduersus quem Dionysium Corinthiorum Episcopum, qui Stephani & Cypriani ætate fuit, Eusebius scripsisse testatur, nonaginta circiter annis ante Constantij imperium. Quare necesse erit ut in Sabellio Sabellianus aliquis intelligatur, aut temporis rationem in hoc vno ab eo neglectam esse fateamur. Sed appareret alibi quoque auctorem hunc decori per sonę (quamvis citra villam fidei sanæque doctrinæ iacturam) minus obseruantem fuisse, cum videlicet ex persona Athanasij B. Ambrosij meminerit, ac Palladij in Aquileiensi synodo Arianismi damnati, quem Palladium aduersus Ambrosium post eius mortem scripsisse, sequé Palladio eidem libello vno respondisse commemorat, quæ sane Athanasio minimè conueniunt, cum is vita prius excesserit, quam Ambrosius episcopatum inierit. Illud tamen certum est, hunc auctorem quamvis dictione, si superiora vel præsentia tempora respicias, asperiore paulo & impoliorem, tamè eloquentiæ genus quod tunc in vsu erat, verbis illud quidem nonnunquam sordidius & putidius, compositionis tamen elegantia &

## EPISTOLA

numerorum venustate non penitus aspernandum feliciter assicutum fuisse: eruditione certe rerum sacrarum & ecclesiastico rum dogmatum, argumentorum soliditate, rationum firmitate, sententiarum grauitate & orationis vehementia nulli in hoc genere scriptorum inferior extitit, quamuis id cum reliquis quoque ecclesiasticis scriptoribus (quo sanè honori illorum nihil detracatum velim) commune habeat, quod in disputatione aduersus hæreses magis laborarint, ut multa testimonia congererent, quam ut aptissima quæque deligerent, & ut aduersarium etiam pondere & multitudine argumentorum obruerent, non tatum acumine & firmitate configerent: qua in re id incommodi accidit, quod aduersarij neglectis firmioribus & solidioribus testimonij & argumentis ex ijs, quæ leuiora & nonnunquam ad rem ineptiora erant, reliqua omnia estimauerint & causæ suæ fiduciam tanquam quæ firmis rationibus conuelli non possit, maiorem conceperint. Quare satius esse videtur paucis ijsq; firmis & certis quam multis, ex quibus nonnulla leuiora & infirmiora sint, armis aduersus hoc hostium genus certamen aggredi. Illud tamen com-

## DEDICATORIA.

commodi nos in horum auctorum lectione consequimur, quod ex magno argumentorum & testimoniorum aceruo, quem nobis illorū scripta subministrat, aptissima queq; & firmissima nobis deligere, & aduersus similes hostes, quales illi experti sunt, proferre & torquere liceat: quod etiam in hoc auctore visu venit, in quo delectu quodā opus esse non inficior, quod à mediocri prudenteria prædicto lectore facile præstari potest. Visum itaque mihi fuit hanc Athanasij disputationē, nunquā antehac integrè, quod sciam, editā, nec in auctoris sui nomine euul gatam, vñā cum quinq; aduersus hæreticos Eutychen præsertim libris, simul in publicum emittere, ut omnia, quæ quidem extare puto, huius viri de orthodoxa fide optimè meriti, opera simul iuncta aliquando præstarēt: atq; id maximè eò me adduxit, quod hisce nostris temporibus eos accommodatisimos esse viderem, cùm prohdolor eodem propemodum hæreses, cum quibus vir ille ætate sua confligebat, nunc resuscitatæ, & quasi ab inferis reductæ videantur. Quare in hac calamitate, eo tamen nomine Ecclesię congratulandum est, quod cùm veteres & aliquot sçculis ignoti morbi, aliquot eccl-

## EPISTOLA

siæ membra inuaserint, diuina tamen benignitate factum sit, vt pharmaca & medica-  
menta ad eos morbos curandos apposita à  
veteribus, & eius curationis peritissimis vi-  
ris suppeditata, rursum in lucem proferan-  
tur. Atqui mihi præsentium hæresēōn fon-  
tes & cauſas perscrutanti, nō inutile viſum  
est, si quēdam pro mea tenuitate paulò pro-  
pius & penitiū ad huius ætatis errores cō-  
uellendos & excindendos pertinentia, adhi-  
berem, & auctarij vice hisce libris adiūcerē.  
Qua de re cum tumultuario cōmentarium  
quendam instituisse, ea cōmentatio pro-  
posito meo & opinione paulò longius ex-  
creuit. Quū igitur hæreſis pleraq; omnis  
falso scripture intellectu nitatur, tum id ma-  
ximè in ijs diuinæ scripture testimonijs,  
quib⁹ vel inexplicabilis facroſancte triados,  
vel ſalutaris Christi incarnationis ſacramen-  
tum exponitur, vſu venit. Verūm id potiſſi-  
mū in hoc ſaluberrimo incarnationis Chri-  
ſti myſterio mihi conſiderandū & expendē-  
dum eſte duxi. Præſtiterat quidē fortassis, vt  
Acacius Beroënsis quendam ex ijs, qui ante  
ipſum fuerūt, episcopis, monuiffe ſcribit, vt  
quemadmodū illud, quomodo pater vni-  
nitū genuerit, ita hoc quoq; quomodo ver-  
bum

## DEDICATORIA.

bum caro factum fit, cū ſilentio honoretur.  
Sed quemadmodū ex malis moribus bonæ  
leges ortæ ſunt, & morborum multiplicatio  
medicinæ ſtudiū amplificauit: ita hære-  
ticorum cōmenta, quib⁹ abditissima queq;  
diuinarum rerū myſteria eruere, ſeu potius  
ſubruere & euertere conant, ſanctorū & eru-  
ditorum virorū meditationē exacuerunt, &  
ad scripturarū ſacrarum diligentiorē & ac-  
curatiō explicationē & illustrationē impu-  
leruntiataq; diuina prouidentia diaboli co-  
natū ad Ecclesię vtilitatē conuertit. Nā eō  
factum eſt, vt nō modō scripture quēdā cla-  
rius ſint explicatæ, veruſetia vt quēdā ini-  
tio ſint proditæ. Quid, an non Ioanne euā  
gelistam ad diuinam illam, quæ ex omni  
eternitate fuit, verbi naturā & vt ita loquar,  
consistentiam & coherentiam initio euāgelij  
ſui ab alijs prætermiſſam, exponendā Ebī-  
onis & Cerinthi improbitas induxit? Sed  
quemadmodum Dei prouidentia impiorū  
hominū ſtudijs ad Ecclesię vtilitatē & ſalutē  
abutitur: ita cōtrà diaboli calliditas, diuina  
testimonia Ecclesiæ relicta, ad Ecclesiæ per-  
niciem & euersionē torqueare conatur: quo  
fit, vt, quemadmodum Leo Pōtifex inquit,  
verbi incarnationem, quæ singularis eſt  
recte

## EPISTOLA

recte credentium salus, homines sibi lapides  
offensionis & petra scandali fecerint. Cum  
igitur in verbi incarnatione, nouo & admirabili  
modo diuina humanis, cœlestia terre-  
stribus, temporarijs æterna coniuncta sint,  
& in vnum quiddam consistens, duas res di-  
uersissimæ, integræ & immutatae coerint, fa-  
ctum est, ut variæ quoque, & nisi ritè obser-  
uentur, obscuræ ambiguae locutiones de  
hoc mysterio in sacris literis reperiātur, que  
hominibus aut singulari quadam scientiæ  
opinione, aut gloriæ cupiditate, aut iudicā-  
di & asserendi temeritate incitatis, errandi  
grauiter occasionē præbuerunt. Atq; omnis  
error hinc existit, quod cum contrarij in spe-  
ciem loci deprehendantur, non recte illi in-  
ter se conferuntur, sed in alterum intenti &  
desixi homines, alterum peruersa interpre-  
tatione corrumpere nitūt: aut si locus sit  
singularis, ei falsa ex ambiguitate, que in ver-  
bis esse potest, interpretatio affingitur: ut  
verbi causa, duplices de Christo locutiones  
extant, pugnantium speciem præ se feren-  
tes, quarum aliae diuinam, aliae humanam na-  
turam declarant. Qui igitur sublimes illos  
de diuina natura sermones potissimum intu-  
entur, solam in Christo diuinam naturam  
agno-

## DEDICATORIA:

agnoscunt: quæ verò de humana natura dī-  
cta sunt καὶ φανταστικ, id est, apparentiæ  
intelligenda putant: in quibus fuere Menā-  
der, Basilius, Valentinus, Manes, Martion,  
Cerdon: alij humilioribus de inferiore na-  
tura sermonibus addicti, humanam tantum  
Christo naturam tribuerūt: quibus verò di-  
uinitas explicatur, illos οὐτε θροχωπορ  
excellentiam videlicet quandam, qua ho-  
mo ille Christus diuinis & cœlestibus doti-  
bus cæteris hominibus antecessit, exponen-  
da esse tradiderunt, quo in numero fuerunt  
Sabellius, P. Samosatenus, Marcellus, Foti-  
nus, & omnium hereticorum destabilissi-  
mus Mahumetes. At oraculum illud cele-  
berrimum, in quo duarum illarum, siue na-  
turarum, siue substantiarum in vnam, quam  
patribus hypostasi, vocare placuit, coitio,  
& vt Græci vocant, οὐσία, id est, vnitio si-  
gnificatur, quam varijs & pugnantibus pro-  
pter eam, quam sibi fingebant homines am-  
biguitatem, interpretationibus & cōmentis  
conuulsum & dilaceratum fuit? Alij enim in  
nomen λόγου, alij in verbum ἔγενετο, tertij  
in vocabulum carnis impegerunt. Fuerunt  
enim qui verbi nomine non hypostasin per  
se consistentem, sed diuinum propositum  
signi-.

## EPISTOLA

significari putarunt: alij verbi nomine diuinam virtutem, qua homo Christus in virginis vtero conformatus est, intelligi posse existimauerūt. Qui verò λόγος recte interpretati sunt, ex ijs alij verbo ἐγένετο cōmutationē, & verbi seu diuinæ naturę in carnē conuersionem: alij assumptionē tantum, & tanquā applicationē & coniunctionē alieni, & à diuina natura separati, & per se cōsistētis hominis intellexerunt, vt cùm dicit̄, Christus factus peccatū & maledictum, cù peccatum nihil ad se pertinens assumpserit, & sibi deputari voluerit: illi naturarū cōfusionē, hi distractionem induxerunt, de quibus cū in cōmentario nostro plura ex instituto dicta sint, in p̄fēctia sup̄scēdebimus. In carnis autē nomen Apollinaris incurrit, qui eō corpus tantū, non etiam animam, aut certē corpus anima tantū sentiente, nō etiā intelligente p̄dictū, intelligendū existimat. Sed de his satis. Illud tantū breuiter ad-

Lib. 2. aduer-  
sus Eutychē, monebimus, quod pleniū & copiosiū à Vigilio nostro factū est, hereticorū hominū inter se cōgressibus & cōflictationibus veritatem catholicā illustrari & cōfirmari. Nā hęres plerisque ex alterius hęres incauta euītatione & infectione natę sunt, vt de Ar-  
rio

## DEDICATORIA

rio appetet, qui Sabellij odio personas confundentis in naturarum distractionem incidit, & Eutychē, qui Nestorij errorem, naturas in Christo distrahētis euitare conatus, in naturarū earundem confusionē incurrit. Hinc fit, vt cū ingenio plerunq; valeant, in ea parte, qua orthodoxam fidem sequunt̄, & aduersariam hęresim impugnant, explicanda optimam ecclesiæ & utilissimā operam nauent: & quantū scorsum in sua hęresi, cōstituenda noceant, tantum inter se si cōmittantur utilitatis & fructus adferant. Id quod præsentis ætatis exemplo vno com-monstrare sufficiet. Duo hodie inter Anabaptistas, quasi in ciuili bello præcipui duces extiterunt, Simon Menno, & Adam Pastoris. Hi in huius sententiæ, verbum caro factum est, ob opinionum videlicet varietatem explicatione minimè inter se conueniunt, vterque tamen aliquid veri retinet. Nam Menno λόγος, id est, sermonē seu verbū personam esse consistentem fateat, at verbo ἐγένετο, id est, factum est, falso verbi quandā in carnē transitionē significari existimat, & carnis nobis cōnaturalis veritatem negat. At contra Adam verbi hypostasin impiè reijcit: verbum autem ἐγένετο ad-

## EPISTOLA

adductis ex sacris literis testimonijis recte exponit: certè veræ carnis assumptionem è virginis substantia, contra quam Ménō sentit, firmissimis rationibus cōprobat. Quod si igitur ia λόγου intellectu Ménonem, & in verbi ἔγένετο interpretatione Adamum adhibeas, non aliena prorsus huius orationis interpretatio & explicatio clucescet, vt sit hæc sententia λόγος verbum, id est, hypostasis illa diuina, quæ apud patrem ante mundi initia constituit, ἔγένετο, factum est caro, non quod ex se in carnē conuersum sit, & caro factum, sed quod carnem, id est, humanam naturam è virginis matris substantia assumperit & in se receperit, quamuis huius vñtionis ratio à neutro intelligi, ita nec explicari potuerit, cùm alter humanā in Christo naturam, alter diuinam non recte assuerit. In hoc tamen ecclesiæ vtiles esse posunt, quod Menno verbi hypostasin, Adamus verò veræ & nobis cōnaturalis carnis è substantia virginis susceptionem, præclarissimè tradiderunt. Hæc è libentius cōmemorauit, vt intelligamus etiam hæreticorum eos, qui deploratissimi videntur aliquid integrī & sani habere, vnde & ecclesiā iuuare possint, & ipsi quoq; non prorsus desperant

di

## DEDICATORIA.

dis sint, sed omni cura & solicitudine ad integrum sanitatem sint reuocandi. At ea cura quā est maximè necessaria, tam plurimū in ea conandum & elaborandum esse videotur, vt hæresibus, tanquā animi morbis appositissima remedia adhibeantur. Præclarè ea de re Theodoreus differit lib. 2. dialogorum, vbi Orthodoxus exposita corruptorū dogmatum differentia hunc in modum loquitur. Dic(inquit) verè & ingenuè cū eisne aliquantis per differere conuenit, an ex abruptis deorsum præcipitantes, eos despicerre & valere iubere? ERANISTES. Est inhumanum eos, qui laborant, despiciere. ORTHO. Conuenit ergo eorum misereri, & pro viribus mederi. ERA. Maxime. ORTHO. Si corporibus ergo mederi scires, multi autem circumstantes regarent vt medereris, & diuersas affectiones ostenderent, vt verbi gratia, oculorum suffusiones, & aurium vlcera, & dolorem dentium: & quidam nerorum extensionem, illi resolutionem ac paralysim, & hic quidem bilis inundationem & repletionem, ille verò pituitæ: Dic mihi quid faceres, vnumq; omnibus medicamentum compóneres, an vnicuiq; morbo id quod cōuenit? ERA.

t<sup>o</sup>. Id

## EPISTOLA

**I**d scilicet, quod vnicuique; morbo conuenit,  
& ad morbum propulsandū est appositiū.  
**O R T H O.** Ergo calidas quidem affecti-  
ones refrigerans, frigidas autē calefaciens, &  
intensa quidē remittens, resoluta autē corro-  
borantibus medicamentis cōfirmans, & hu-  
mida quidē exiccans, sicca verò humectās,  
morbos quidem expelleres, ab ijs verò amissam  
sanitatem reduceres? **E R A.** Ita curare  
præcipit lex artis Medicæ. Contraria enim,  
inquiunt, cōtrarijs curantur. **H**ec Theodo-  
retus. At enim, vt in alijs morbis, ita in hac  
animi ægrotatione curanda multis modis  
vitium admittitur: vel cum per imperitiam  
non apta remedia adhibendo, non modò  
non mitigatur malum, verum etiam augen-  
tur & exasperatur, vel grauior morbus ex-  
tenuatur, vel leuior exaggeratur, vel etiam  
vbi sanitas est, ægrotatio tamen fingitur, &  
contraria, periculosisimus morbus, aut non  
animaduertitur, aut etiam summa sanitas &  
incolumitas esse existimatur. Quæ autem  
singulis hæresibus remedia conueniant, nō  
admodum difficile erit obseruare, si cuiusque  
hæresis, tanquam morbi cuiusdam caus-  
se diligenter notentur & obserueretur. Qua-  
**Prol. 4. re**, vt Irenæus monet, oportet eum, qui  
hanec

## DEDICATORIA.

**H**anc in securam suscepit, vt hæreticos ad fa-  
niorem mentem reducat, probè illorū argu-  
menta & rationes tenere. Fieri enim nequit,  
vt quisquam male habentes curet, qui eorū  
affectiones ignoret, quam rem in caussa  
fuisse dicit, cur ij, qui ante eum fuerunt, nō  
satis commodi Valentini argumentis re-  
sistere, ijsque contradicere potuerint. Cū  
autem hæresis publici & contagiosi mor-  
bi speciem habeat, duplex cura adhiben-  
da esse videtur. Vna publica, quæ conta-  
gio illa, ne ad alios quoque serpat & ma-  
net, præcauetur, vt medici in aëre pur-  
gando, victus ratione præscribenda, & la-  
borantium congressione prohibenda fa-  
ciunt. Altera priuata, quæ laboranti adhi-  
betur, vt illi, si fieri possit, sanitas restitu-  
atur, & si minus ob morbi vehementiam  
id effici possit, certè ab alijs labes & con-  
tagio atceatur. Id quoque à rei medicæ  
peritis obseruari videmus, vt vel contagio-  
fissimo morbo laborantem, non statim, ne  
videlicet alios contagione illa corruptat  
enecandum & è medio tollendum censem-  
ant, sed omni cura & studio in sanitate eius,  
qui laborat restituenda, incumbant. Et si  
deplorata sit, certè ad contagionem  
† 2 ul-

## EPISTOLA

Vitandam, & ab ijs, qui nondum ea correpti sunt, prohibendam operam suam impendat. In leprosis quoq; quorū morbus nulla arte curabilis tradit, & est in primis contagiosus, idem fieri videmus. Nemo enim nisi crudelissimus eos, ne videlicet alijs contagione noceant, occidendos esse censeat, sed potius ab aliorum hominum cōmercio & cōgressu submouēdos, & sanis hominibus, ne in eam luem incident, consulendum esse iudicet. Quid si in phreneticum & mētē captum hominem, quitamen à multis sanus putetur, quis incidat, qui & se prēcipitare, & alios in idē prēcipitiū inducere tentet, non puto iratus illum interimendum, sed cōmisseratus cohibēdum & curandum censebit, alijsq; quibus ille persuadere coepit, & errare illum demonstrabit, & ne illi assentiātur, persuadere conabitur. Quæ certè ratio non minus diligenter in his periculosissimis animi morbis curandis adhibenda esse videtur.

Sigeb. Cēb. in Cbro. Hanc rationem seuti videntur præstantissimi olim Episcopi, ex quibus exempli gratia duos proferemus, Ambrosium & Mar-

tinum, qui Maximo imperāte cum Vrsatio & Itacio (quem alij Anitium vocare videntur) Episcopis, cōmunionem eam, quę sacris my.

## DEDICATORIA.

mysterijs constat, habere noluerunt, quod eorum delatione Treuiris ab Euodio prefecto Priscillianus, licet absurdissimæ hæresis auctor, & in synodo Episcoporum dānatū, interfēctus fuerit, vixq; tandem beatiss. Martinus magna cōtentione p̄fecit, vt à Priscillianorum cēde tēperaretur, videlicet sanctissimi illi Episcopi non esse hoc cauteriū huic morbo accōmodatum perspiciebant: ex aduerso verò de Marcello quodam, viro illustri & pietate singulari tradit Epiphanius, qui Archelai episcopi zelo quodā fidei Mani illi Persæ, qui vicinis in locis versabat, necem moliētis' impetuū cohibuerit, & magis mansueta & Christiana disputatione cū eo agendū cēsuerit. [Quin & ij, qui Maximū tyrannum antecesserūt, & mox seuti sunt prisci Imperatores, piorum Episcoporū consilijs obsecuti, satis habuerunt eorū, qui impiæ in Deum & Christū sententiaē damnati fuerant, conuentus soluere, ipsosq; auctores relegādo ita hæresis propagādæ caussas pre-scindere, vt tamen resipisciendi occasio non adimeret: qui verò seuerissimi visi sunt, huiusmodi capitalium hæresēon convictos ci- uili aliqua multa siue ignominia afficiēdos esse iudicauerunt. Celebrat̄ verò in primis

Vide leg. Cōstantini, apud Euf. lib. 3, de vita Cōstant.

Socra. hist. eccl. cle. lib. 7, cap. 41. & 42.

## EPISTOLA

Theodosius Arcadij filius, quod innata sibi  
animi lenitate, asperius haereticos persecu-  
tus non sit, & summa tamen prudentia, ne  
haereses aut veteres propagarentur, aut no-  
uae suborirentur, prouiderit, quo factum  
putant, ut huius mansuetudinis caussa vlt-  
tro ei Deus sine bellicis certaminibus ho-  
stes subiecerit. Nactus est is episcopum, in-  
genio & moribus suis conuenientissimum  
Proclum, qui singulari mansuetudine erga  
id hominum genus vtebatur, quod ea re  
plus se quam severitate nimia profecturum  
confereret. Plura quidem exempla adferri  
possint, sed id huius instituti non est. Por-  
ro hanc omnem, de qua dicere coepimus,  
curationem quinque potissimum capitili-  
bus constare puto, quae si in usum vocentur,  
spero eisdem fore, ut non modò multi ex-  
ijs, qui in ecclesię corpore constituti viden-  
tur, verum etiam ex Mahometanis & Iudeis, qui longius à nobis separantur, veram  
& catholicam Christi fidem tandem aliquā-  
do amplectantur. Verum quenam hæc sint,  
quibus & haereticæ contagionis stirpes &  
semina reuelli, eosq; qui iam correpti sunt,  
curari & sanari posse credam, in præsentia  
exponere nō attinet, quum id huius propo-  
sitū

## DEDICATORIA.

sit non sit, & res longiorem explicationem  
requirat, quā hic locus patiat. Sed hæc τα-  
ρεγώς dixisse sufficiat, quāuis non prorsus  
instituto nostro aliena. Quicqd itaq; vel in  
disputatione Athanasij recognoscēda & cō-  
ferenda, tū à me, tū præcipue à D. Cornelio,  
viro præstatiſſ. qui eum labore in se recepit,  
tum in hoc cōmentario, tenui illo quidē &  
incondito, at nō inutili(vti spero)cōscriben-  
do operæ & studij insumptū est, id om̄e tuo  
nomini dedicatum esse volui: & quāuis hæc  
omnia dignitate tua inferiora sint, spero ta-  
men te, & humanitatis tuę, quę etiam tenuis-  
sima quæq; à grato animo profecta, boni  
consulere solet, & nostrę tenuitatis, quę ma-  
iora hoc tempore præstare non potest, ra-  
tionem habiturum. Minimè autem vereor,  
ne hanc theologicam disceptationē, vt di-  
gnitati & personę tuę minus aptā asperne-  
ris. Intellexi enim satis te cū à nullo liberali  
studio, tum à Christianæ Philosophię medi-  
tationibus minimè abhorrere, nec animus  
deest qui velit, nec ingeniu quod possit de  
quibusuis vel subtilissimis theologicī studij  
questiōnibus iudicare. Hæc autē, quę hisce li-  
bris & nostro cōmentariolo tractant, tū tem-  
porū occasiōi utilissima, tū argumēti generē

## EPISTOLA

homini Christiano iucundissima meritò ha-  
beri debent. Quid enim homini christiano  
jucundius & suauius accidere potest, quam  
si in Christi capitib⁹ & seruatoris sui contem-  
platione verſet, & salutis suę rationē admirā-  
bili Dei consilio, in verbi & carnis noua &  
inaudita cōiunctione cōstitutam, pia quadā  
& à literis sacris non abhorrente subtilitate,  
explicatā consideret & expendat? quamuis  
tibi hæc non noua, sed quę tua pietas est, co-  
gnita & meditata esse sciam, qui in tanta  
& tam varia rerum cognitione, hanc quoq;  
non alienam, tibi homini licet aulico tamē  
christiano esse existimasti. Nā vt verū fatear,  
ſepenumero mihi mirari contigit, quī fieri  
posſit, vt homini aulicis & publicis nego-  
cijs implicato & pene distracto, tanta tamq;  
variarum rerum cognitione, quę niſi altissimo  
ocio, assidua lectione non obtinetur, ſuppe-  
ditet: videlicet in cauſa esse puto, quod  
quantū alij à negocijs grauib⁹, ludis & iocis  
temporis impēdunt, id omne in honestarū  
rerum lectionem conferas: deinde quod in-  
credibili, & prope diuino memoriae benefi-  
cio (quam ille meritò optimarum rerum  
thesaurum appellauit) excellas. Sed ego  
hic Panegyrim laudum tuarum contexere  
nolo:

## DEDICATORIA.

nolo: neque enim id vel tua modestia requi-  
rit, nec locus admittit, tantum Deum Opt.  
Maxi. precor vt hæc tam præclara & eximia  
dona quam diutifime ad reip. & ecclē-  
ſiæ vtilitatem in te cōferuet. vale.

Coloniæ Nonis Martij An-  
no Dominici natalis.

M. D. LV.

## † , VITA

# VITA B. VIGILII MAR TYRIS ET EPISCOPI Tridentini.



**V**igilius patria Romanus, illustri-  
bus ortus parentibus, Athenis li-  
berales artes & sacras literas didi-  
cit, breuiq; tantum sibi pietatis  
& eruditiois thesaurum per Dei gratia com-  
parauit, vt annos natus viginti ab Aquilegiē  
se Episcopo, ad quem diuina delatus fuerat  
prudentia, pastor ordinaretur Tridentino-  
rum, quibus mira fide & constantia euange-  
lium Iesu Christi prædicauit, & potentiam  
beneficentiamque eius miraculis in Christi  
nomine designatis commendauit. Cæcis  
enim visum & surdis auditum reddidit, mu-  
torum lingua soluit, & dæmoniacos & va-  
rijs morbis vexatos sanauit. Præterea sty-  
lum in hæresis strinxit & hæreticos, vt syn-  
ceritatem doctrinæ apostolice plenè asser-  
ret, & purgatam ecclesiæ Christi contrade-  
ret. Extant hodie quinque eius libri contra  
Eutychen; non extant quorum in s. lib. me-  
minit. Ait enim se libros aliquot composuisse  
de conciliorum decretis, & nominum re-  
ligiosa nouitate, contra Sabellium, Fotinum

&

## VITA

& Arrium. Porro cum diuinæ bonitati iam  
visum eslet fidelem seruum in gaudium do-  
mini sui introducere, placuit ipsum prius  
martyrij quoq; corona decorare. Quemad-  
modum itaq; hæreses constanter impugna-  
rat, ita idolatriam nefariam funditus extir-  
patam cupiebat. Prostebat autem in valle il-  
la, quæ flumen Sarcham fundit, Saturni ære  
um simulachrum, quod incolæ homines fe-  
ri & agrestes magna religione veneraban-  
tur. In hanc itaque ferendi euangelici semi-  
nis gratia profectus Vigilius, Randenam,  
fratribus Germanis Claudiano & Maio-  
rano, Juliano item presbytero comitibus,  
peruenit, ac protinus in ipsum idolum in-  
cidit. Zelo itaque Dei exæstuans spiritu læ-  
tus & alacer, Saturnum aggreditur, ac spur-  
cum idolum deicet, frangit, & in præter-  
fluentem coniicit, vt turpisimæ rei vel me-  
moria apud posteros interiret, folius au-  
tem domini nomen sanctificaretur & re-  
gnaret. Mox vero in basim seu fulcrum  
deiecti idoli residens vir Dei, verbum  
domini illis, qui eius facinoris spectato-  
res fuerant, prædicare cœpit, testificans  
salutem veram non aliunde, vel speran-  
dam, vel petendam esse, quam à Iesu  
Chri-

## VIGILII MARTY.

Christo Dei & hominis filio. Cæterum bari & impij idololatræ Deum & religio-nem suam contumelia affectam putantes, concurrunt & seruum Christi, animam su-am patri commendantē, lapidibus sternunt, obtegunt atq; collidūt, anno ætatis suę quadragesimo, episcopatus vigesimo floruisse videtur sub Imp. Anastasio, quo tempo-re & Gelasius Antistes Romanus & Fulgentius Apher clarue-re, circiter annum do-mini 500.

G. CAS-

## G. CASSANDER.



VM hanc B. Vigilij vitam ab eru-ditissimo quodam viro in com-pedium redactam & commode satis luculenteq; expositam vide rem, non existimauit in alia conquirenda & describenda operam frustra insumendam esse, paucis tamen lectorem commoneface-re volui de eo, quod eius auctorem fecellit, cum eos libros quorum in quinto aduersus Eutychen libro meminit, non extare confir mat, cum nemini Vigilij ex eo libro verba & editam à nobis Athanasij disputationem conferenti dubium vllum esse poterit, quin hi vere libri illi sint, quamuis nunc in vnius formam redacti, quos in quinto libro com-memorat. Præter hæc videtur libellum que dam aduersus Palladium Arriani dogmatis se&tatem qui in Aquileiensi synodo cum Ambrosio congressus, & ab eadem synodo damnatus fuit, post Ambrosij iam è vita decessum conscripsisse. Affirmat enim in illa disputatione ex Athanasij persona, se Palladio, B. Ambrosij dicta post eius mor-tem infectanti, libello vno respōdisse, quem sane libellum videre non contigit. Comme-mora-

## GEORG. CASSANDER

moratur à Gennadio Vigilius quidam Episcopus sub Augustini tempora, qui libellum in laudem martyrum conscripsit, & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum, quem alium ab hoc fuisse suspicor & forte eundem, ad quē B.Ambrosij extat epistola. At ratio temporum minimè patitur, vt huius Vigiliij nostri Episcopatus in Ambrosij episcopatum in cederit, cum Ambrosius mortuus sit Arcadio & Honorio imperantibus, quo tempore vix fieri potest, vt natus fuerit Vigilius, quem post chalcedonensem synodum, quę annis vt minimum quadraginta post Ambrosij obitum habita est, scripsisse constat. Quod autem existimat vitę huius auctōr, Vigilium hunc sub Anastasio imperatore & Gelasio pontifice floruisse, circiter annum domini 500. minime cum eo cōgruit, quod alij eum sub Theodosio & Honorio, etiam si iuniorem Theodosium intelligas, natum trādunt. Honorius enim cum Theodosio frātris Arcadij filio principatum inījt sub annum domini 412. & imperauit cum eo annis 16. finge igitur natum Vigilium vltimo imperij eorum anno, id est, sub annum domini 428. Episcopus autem factus est anno  
etatis

## GEORG. CASSANDER

etatis 20. mortuus etatis anno 40. quæ si ita se habeant, ne septuagesimum quidem supra quadragesimum attingere potuit, quo tempore imperium Leo post martianum, pontificatum Hilarius vel certe Simplicius admistravit.

# PRAEFA TIO INCERTI AV

THORIS IN SEQVENTEM  
libellum.

**G**VM in manus strēnui lectoris beatissime Papa Materne, liber iste à catholico sacerdote & probatissimā vitē beato Athanasio, contra hæreticos, Sabellium, Fotinum, & Arrium dī sputatus puenerit, ilicò respondebit: Et quo modo fieri potest, vt cum sancto Athanasio successore beati Alexādri episcopi habuerit Aquius conflictum, cūm cōstet eum, sicut in ecclesiastica histria legit, turpis mor- te, id est, exēplō Iudeæ traditoris domini nostri Iesu Christi fuisse fusum: vt quod fœtida mente conceperat, fœtido terminaret fine. Sed si illud recolat, quod in Chronicis suis beatę memorię Sulpitius Seuerus posuit, dicens, Duo Arrij, tanquam duo serpen- tes, ex vno ore sibilabant: duos Arrios fuisse, euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Arrio superstite, non cum illo, qui fuisse est, aut cum aliquo Arriomanita, sanctū Al. arrimanit.

A. Athana-

## DISPV. INTER SAB.

Athanassium habuisse conflictum. Quapropter oportet ut hæc, opus ut credim' à deo impletum, à catholicis sibi relegateatur, ut cognoscant, quomodo hæreticorū possint vitare venena, & fidem suam absque villa hæsitatione, ( Deo auxiliante ) valeant custodiare.

## DISPV TATIO INTER SABELLIVM, FOTINVM AR- rium & Athanasium, de Christo domino nostro, & fide sanctæ Trinitatis, Vigilio Epi- scopo Tridentino autore.



V M apud Nicæam urbem, à trecentis decem & octo episcopis, ex euangelicis, apostolicisque doctrinis, spirituali vigore præditis, fides ecclesiæ confirmaretur: ibi Arrij perfidja, Constantino imperatore præsente, detegitur. Et cùm eius perfidiae dogma, corudem episcoporum sententia refutaretur:

Arrius

## PHO. ARR. ET ATHA. 2

Arrius ab ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cunctorum insereret mentes. Sed ubi imperator comperit integrum ab episcopis fidem, ecclesia vt est ab apostolis tradita: sanctius confirmari præcepit, eundemque Arrium, vt rebellem sacræ fidei, exilio relegari. Sed si cut Euam serpens in paradyso dolosis persuasionibus laqueauit: ita quoque Constantiam germanam eiusdem principis, per quemdam satellitem, Arrij perfidia irretiuit, & latuit in ea virus diaboli, donec tempus erum pendi, quo eam repleuerat, inueniret. Cum igitur in ultimo sui obitus die, frater huius visitatione perfruitur: statim ab ea, innocenti fratri pomum veneni, verbo porrigitur, & illicè exemplo primi hominis, nescius per transgressionis viam dilabitur. Qui viperinis postulationibus sensum accommodans. Arrius enim qui dudum ab eo tanquam sacrilegus fuerat relegatus: ad necem fidelium animarum de exilio reuocatur, & fidè suā principi callidis seductionibus pandēs, fristrà se adfirmabat ab episcopis fuisse damnatum. Ea scilicet causa, idē imperator præcepit apud Alexandriā synodū cōgregari: vt si vera eius adsertio doceretur, venia post

*Ali inficeret.*

*Al delabitur.*

## DISPVTA. INTER SAB.

sententiam subsecuta, ecclesiæ redderetur,  
 & vt omnes de eius correctione gaudentes  
 existerent, et exinde ad ædificationem Hie-  
 rosolymitanæ ecclesiæ pacatiùs pergeretur.  
 Denique cùm causæ eius ab episcopis diu-  
 tiùs contrectarentur: idem Constâtinus im-  
 perator in suburbano quodam, cui Nico-  
 media nomen est, finali ordinato iudicio,  
 tricesimo primo imperij sui anno, dié clau-  
 sit extreum. Quam ordinationem prædi-  
 cto satelliti tradidit, Constantio reseruan-  
 dam. Qui, dum post sui genitoris obitum  
 adueniens suscepisset imperium, sicut à Cö  
 stantino delegatum fuerat, ab eodem, Con-  
 stantio testamentum contraditur. Qui ob  
 huius rei gratiam, in tanta apud eum fami-  
 liaritate, idem presbyter est habitus: vt iam  
 non presbyter, sed pater imperij vocaretur.  
 Et qui ob imperandum, imperator fuerat  
 eleuatus: sub huius presbyteri imperio vide-  
 batur addicitus. Ad cuius iussionem, Arrius  
 est ecclesiæ reuocatus. Cuius doctrinam, ru-  
 dis princeps impijs sensibus retinens, fidem  
 catholicam respuit, & à paternis traditioni-  
 bus sacrilego more desciuit. Qui, tempori-  
 bus suis, non leuem ecclesiæ dei vel sacer-  
 dotibus insecutionem intulisse, videtur.

Quo

## PHOT. ARR. ET ATHA. 3

Quo etiam tépore plurimos martyres mul-  
 tosq; fecerat confessores. Alios quoq; effos-  
 sis oculis, ac poplitibus amputatis, semiui-  
 uos reliquit. Nonnullos verò rabido furore  
 arreptus insanię, ex proprijs sedibus relegan-  
 do, damnauit, in quibus domini dictum vi-  
 detur esse completum: Si me persecuti sunt:  
 & vos persequentur. Hic igitur, priusquam Legendum ui-  
detur Arimi-  
num uel Se-  
leuciam.  
 Arimino vel Seleucia ex vniuerso orbe, do-  
 lo congregaret domini sacerdotes, totū, vnu  
 facere cupiens: iudicem quendam nomine  
 Probum, tua auctoritate suffultum, arbitrū  
 inter eundem Arrium atq; Athanasium ad-  
 esse, præcepit. Illum vtique quem fidelem in  
 regno suo, & omnium mūdarum literarum  
 artiumq; præ ceteris hominibus probau-  
 erat eruditum. Qui omnibus curis publicis  
 procul amotis, iniuncta sibi, omni cleritate  
 maluit adimplere: vt & iussis imperialibus pa-  
 rēret, & fidem veracissimam suo examine  
 comprobaret. Hic itaq;, cum apud Laodice-  
 am urbem Syrię, secundo Constantij impe-  
 ri, anno venisset: pro tribunali in auditorio  
 sedens turbis hinc atque inde adstantibus,  
 Arrium atq; Athanasium his alloquitur ver-  
 bis: Gloriosi atq; piissimi imperatoris Con-  
 stantij sacra commonitus, præcepi inter vos

A 3 fidei

Al. secundo.

Al. in eccl-  
esiā.

## DISPV. INTER SAB.

fidei negocium ventilari. Athanasius dixit: Et quis tam vecors, audeat principalia pracepta abnuere? Probus iudex dixit: Ergo allegatur. venerandi Augusti sacra relegatur. Et recita allegata ut ita.

## EPISTOLA CON- STANTINI AV- gusti.

Constantinus Constantius pius, perpetuus vicitor ac triū phatorsemper Augustus,  
Probo iudici salutem.

**I**V IN o munere, paternum adeptus imperium: illud est nobis primitus enitendum, vt hæretica conuersatione deleta, sacræ se nostræ fidei coniunctum orbis gaudeat vniuersus, quoniam qui de peruerso itinere conuertit impium, saluat animam eius, & suorum cooperit multitudinem peccatorū. Et quoniam nunc plerosq; reperimus huius sceleris socios, hanc perfidiam ritu sacrilego percolentes, adserentes se integrum fidei regulam retinere, quinon solum sunt homi-

## PHO. ARR. ET ATHA. 4

homines impia seductione fallētes. Verum etiam ingenitæ maiestati blasphemantes, & Al. iniuriantes filii creatam substantiam eius diuinitati iun rogantes gentes. Monemus itaq; vt nostræ mansuetudinis autoritate percepta inter Arrium venerabilem presbyterum, & Athanasium eiusdem auctorem erroris Episcopum, huius negotij examen facias agitari, præcipue suade Al. Disconveniens animi peruersitate deposita, verę fidei ac probata colla submittant, ne nostrę pietatis ac mansuetudinis præcepta, solita temeritatis audacia contēnentes, ad graue nos prouocent iracundiam. Et licet huius fidei munus necdum percepérис: sapientia tamē, qua præ ceteris polles, cuncta te credimus posse sine cuiusquam susceptione personæ fideliiter definire, Deo plus quam homini placitum (& alia manu) optamus te bene valere. Al. sub die duo decima. Data Constantinopoli, duodecimo die Calend. Ianuarij. Cumquæ recitatetur. Probus dixit: veneranda principis sacra, quæ lecta est, gestis indatur. Et adiecit: perspiciens in idolorum cultura, nullam veri numeris consistere maiestatem: Christianis metipsum dogmatibus subjicere volo, quibus adstruitur unus & verus Deus esse, qui vniuersa, quæ videntur & quæ non videtur,

## DISPV. INTER SAB.

virtute verbi sui creavit. Et quoniam cum  
 plures, Christiani nominis titulo censean-  
 tur, & à veritate eius fidei procul aberrare di-  
 Al. diuersa et cantur, diuersa scilicet sentiendo, & vana do-  
 maria dogma gmatum instituta sectando, scire nunc ma-  
 gno per desidero, quæ sit recti dogmatis fi-  
 stando, des, cui remotis omnibus dubietatis amba-  
 gibus, tenaciter inhærere queam ne erroris  
 cæcitate exui cupiens maioribus tenebrarū  
 erroribus implicer, si passim & sine ullo exa-  
 minis discriminé, alicuius sectæ, quæ primò  
 occurrerit, imitator existam, quæ utrum pra-  
 ua sit nec ne vel veritate suffulta, ignoro. Et  
 ideo si placet, imò quia placere debet, unus  
 quisque vestrum in conspectu nostro, fidei  
 suæ sententiam pandat: vt examinatione ha-  
 bita, quæ firmior cunctis et verior reperta  
 Al. huic, fuerit: hanc omnes iure credamus & hanc in  
 dubitanter, spreto falsitatis errore, sequamur. Omnes dixerunt. Quomodo tibi tan-  
 ti mysterij secreta committere possumus, &  
 rei inexpertæ arbitrum collocare; cum nec  
 dum gentilitatis maculas, veri dogmatis per-  
 ceptione ablueris? Probus iudex dixit. Hoc  
 est utique, quod totis viribus cognoscere cu-  
 pio, quid sit rectum & veridicum dogma, in  
 quo, me oporteat occulti mysterij sacramen-

ta

## PHO. ARR. ET ATHA. 5

ta percipere. Nō enim modò profunda my-  
 steriorum arcana mihi patet fieri desidero:  
 sed illa nunc mihi flagito demonstrari, quæ  
 in vestra fide extrinsecus habentur, & pu-  
 blicè prædicantur id est, quod vñus idemq;  
 verus sit Deus visibilium & inuisibilium co-  
 ditor rerum. Et quia hoc vos vno ore profi-  
 teri non nescio, quid causæ extiterit, vt in tā  
 varias diuidamini sectas, vt quæ sit vera que-  
 ue falsa, intelligi omnino à nobis, nō possit,  
 priusquam vestro certamine, digno patien-  
 tiæ moderamine habito, quid sit cōgruum,  
 diligentius cognoscamus. Athanasius dixit:  
 Cum sis omni literarum genere imbutus, &  
 philosophicis disciplinis admodum erudi-  
 tus, mirari usque quaque nō debes, plurima  
 penes nos & varia nouitatum dogmata exti-  
 tisse, cum & apud vos tot sententiarum no-  
 uitates emerserint, quot penè nomina conti-  
 nentur auctorum. nam cum tres sint in mun-  
 do, Iudæorum, paganorum, & christianorū  
 religiones, multis & longè discretis sententia-  
 rum diuersitatibus, vnaqueq; religio à seipsa  
 desciscens, in varias propriæ institutionis se  
 etas diuisa est: dum vñusquisq; suauitate re-  
 centioris sententiæ non veritatem, sed verita-  
 tis similitudinem præferentis, illectus, anti-  
 Al. discendens.

A 5 quitus

## DISPV. INTER SAB.

quitus à patribus traditam lineam derelinquit, eò irremebiliter per auia oberrans, quò nouitac pro vetustate vtitur, tanq; anti qui limitis & à patribus traditi viam incedés, aut enim multum sentit aut minus credit, & ideo medium & regiū iter incedere nescit. Hæc idcirco p̄fatus sum: vt tibi clarissima explorandæ veritatis inditia demonstrarē, vt agnoscere facillimè queas, illum prauitatis errore inuolui: quia prisca Apostolica<sup>pl. fidei sacra mento.</sup> fi dei instituta derelinquens, ipse sibi pro sue voluntatis arbitrio, fidem, quam sequi debat, somnit. Arrius dixit: Optimè Athanasius errorem perfidię in adiectis & nuper in uentis rerum nouitatibus confistere profite tur, apostolico in hoc ipsum congruente te stimonio, quo ait: prophanas autem vocum nouitates deuita. Vnde obsecro: vt ab hoc in quisitionis tramite non recedas, diligentius atq; attentius inuestigando, quis nouo, quif ve antiquo vtatur testimonio. Probus iudex dixit, vt hæc quę asseris facillimè innotescant, & ad lucem veritatis, remota omni ambiguitatis caligine, veniant, antiquę fidei regulam pandite, & ita, vt est ab apostoli tradita, nostris auribus intimate. Omnes dixerunt, Credimus in Deum patrem omni poten

## PHO. ARR. ET ATHA. 6

potentem, & in Iesum Christum filium eius dominum nostrum, & in spiritum sanctum. Hæc est fidei nostræ regula, quam cœlesti magisterio dominus tradidit apostolis, dicens: Ita baptizate omnes gentes in nomine patris & filii, & spiritus sancti. Probus iudex dixit: Magno miraculi stupore attonitus hærcō, tres à vobis Deos prædicari conspiciens, à quibus ad unius dei singularis potentie maiestatem confugiendum esse credideram. Vnde quæ sit huius rationis fides, vel quid ista trium rerum, triumque vocabulorum nomina indicent, queso nos breuiter informare dignemini. Sabellius dixit, plànè à nobis tres prædicari Deos non audiisti, sed credere nos in patrem & filium & spiritum sanctum, sicut nobis ab apostolis traditum, simpliciter professi sumus. Cum enim patrem nominamus, non alium patrem, alium nolumus intelligi filium, sed hunc eundem & patrem & filium prædicamus. Deus enim ineffabili virtutis potentia, qua omnia implet, Mariæ virginis uterum implens, atque ex se ob humana piacula expianda, carnalis materiæ substantiam sine sui immutatione sufficiens visibiliter se humanis obtutibus demōstravit, & in ea

*Sequentia ha  
etenus deside-  
rata fuit.*

## DISPV. INTER SAB.

*Fortè immatatabile.*

In eo ipso homine, quem a slumpsit filius nū cupatur, cum non alius atq; alius : sed idem pater intelligatur, & hac ratione vnū Deum colimus, non alium vt dixi atq; alium intelligentes, sed hunc eundemq; vnum & verum profitentes. Fotinus dixit: Impiè Sabellius professus est, Deum patrem per virginem natum, nescio quod protensionis viciū tantę ingerēs maiestati, vt per id quod extēsus in virgine, ipse sibi pater ipseq; sit filius, qđ nullus Christianorum ei concederit . Vnde magis ego dico, Deum patrem filium habere Dominum Iesum Christū, ex Maria virgine initium sumentem, qui per sanctę conversationis excellentissimū atq; inimitabile beatitudinis meritum, à neo patre in filium est adoptatus, & eximio diuinitatis honore donatus. Cæterum Deus inuiolabilis & immensus, nec ex se alium genuit, nec ipse unquam genitus fuit, vt merito aut de se filium haberet, aut ipse sibi filius esse creditur. Sed est vnicus & singularis, nec generādo passio ni obnoxius, nec seipsum protendendo cumulatus, nec suam in virgine portionem de riuando, diuisiōi subiectus. Arrius dixit: Ego enim confiteor, ingenitum patrem ante omnia tempora ineffabiliter filium genuisse,

per

## PHO. ARR. ET ATHA: 7

per quem & in quo visibiles creaturas atq; inuisibiles fecit, qui nouissimi temporibus propter humani generis salutē à patre mis-  
sus uerum hominem gestauit in mūdo, quē in uiolabiliter de virgine Maria siue humani *Al. pudoris.*  
generis permixtione suscepit. Qui cum sit creature suæ dominus: non potest tamen ge-  
nitor suu, aut in omnibus cōferri, aut in ali  
quo coequari, quem & deum & suę originis  
profitetur auctorem, nec tamē ideo duo dij  
quia & hic Deus, nec ideo non Deus: quia so-  
lus pater Deus: sicut non ideo non bonus,  
quia solus pater bonus: cum sit & filius non  
solum bonus: sed & bonorum creator. Et si-  
cūt ei non adimitur vt non bonus sit, cum  
solus pater ipsius filij professioe sit bonus:  
sic ei non aufertur ne deus sit, cum solus pa-  
ter, sit deus. Et sicut bonitas filij non preju-  
dicat singularitati paternæ bonitatis: sic dei-  
tas eius non officit patri, ne vnicus ac singu-  
laris sit Deus . Et hoc modo vnum profite-  
mur Deum, non negando, vt dixi filium de-  
um: sed penē solum patrem vnius diuinita-  
tis auctorem constituentes. Athanasius di-  
xit: Bene patrem ex se filium ineffabiliter an-  
te omnia tempora genuisse, Arrius sua pro-  
fessione definiuit: sed vtrum, filium ex ipsa  
*Al. penes.*  
*Al. auctorita-*  
*tem.*  
patris

## DISPV. INTER SAB.

patris essētia vel naturā, an aliunde genitum  
*al.interim,* velit adserere, hęc in sua prosecutiōe reticu-  
it. Ego enim, patrem & filiū & spiritum san-  
ctum vnius substatię, vniuersq; naturę esse, cō-  
fiteor: ita vt nō ex nihilo neq; ex aliquo, sed  
de patre filium genitum, & de patre spiritū  
credam procedere sanctum. Et licet tres in  
proprietate sua subsistētes profitear esse per-  
sonas, horum tamen vna natura, vnaq; diui-  
nitas cōprobatur. Probus iudex dixit: Quan-  
q; hęc varia & longę dissimilis sententiarum  
vestrarum diuersitas, magnam confusionis  
caliginem nostris mentibus incutiat, tamen  
vt cito his ambagibus exuamur, & vt quę sit  
verę fidei professio, cognoscamus: dignami-  
ni euidentioribus diuinæ scripturæ testimo-  
nijs, adsertionum vestrarum sentētias com-  
munire, & ne longo orationis ambitu ipsi-  
*al.confusio.* us permīstæ disputationis diffusionē pro-  
cul euagemini, lingillatim vnuſquisque ve-  
strūm aduersus ceteros dimicet: ita vt omnes  
contra vnius sententiam, arma fumentes, in  
his, quę vobis esse communia noſtis, contra  
dissentientem vobis inuicem suffragemini.  
Porro, si fidei nil cōmune habetis, suis vnuſ-  
q; s̄q; nitaſ professionibus: vt facile clarescat,  
vtrum in his, quę in alio damnat, ipſe peni-  
tus

## PHO. ARR. ET ATHA. 8

tus non impingat. Si placet igitur, cum Sa-  
bellio inite conflictum, & ille contra vos  
suas veridicet partes: ita vt si eum superare  
poteritis, victus abscedat. Post quem Foti-  
nus ſeſe certamini dare debebit, & ſuam ve-  
ridicis tueri testimonij fidem, cōtra quem,  
omnem conflictionis aciem confirmare de-  
betis, vt ſi hic cefſerit ſuperatus, disputatio-  
nis locum cæteris ſequentibus derelin-  
quat. Ex hoc arbitror nos ad indaginem ve-  
ritatis poſſe quantotius peruenire. Permit-  
tatur itaque vt dixi, Sabellius ſuam fi-  
dem documentis cœleſtibus approbare. Sa-  
bellius dixit: Quoniam me cum omnibus  
congredi præcepisti: respondeant, vtrum  
ſimplicis naturę Deum eſſe, fateantur.  
Arrius dixit. Quis hoc impius negauerit.  
Sabellius dixit: Respondeant etiam: v-  
trum omnia quę de Deo dicuntur ſecun-  
dum ſubstantiam accipienda ſint. Arrius  
dixit: Ista noſtræ fidei propria eſſe no-  
ſcuntur. Fotinus dixit: Affentior cun-  
cta de D E O ſecundum ſubstantiam di-  
ci. Athanasius dixit. Non temerè pro-  
nunciauerim vniuersa quę de D E O dicun-  
tur, ſecundum ſubstantiam debere acci-  
pi, propter nonnullos relativos nominum  
*al.effentiam.* caſus

## DISPV. INTER SAB.

casus, secūdum vſitatum humani sermonis eloquium prolatos, qui non propriè Deo, sed personis & temporibus vel quibuscunq; rerum generibus coaptātur, id est, cum se ne scire dicit, vel cum se iterum cognouisse factetur, aut cum rerum à se factarum pœnitutinem gerit, & nunc se iratum nunc placatum ostendit. Quæ omnia si secūdum esentiam velimus accipere: passibilem fine dubio & improudā diuinā profitebimur esse naturam, in qua aut ignoratio aut ex tēpore orta cognitio cadat, quam & tristia pœnitendo conficiant, & lēta subleuent vegetando. Quod quid aliud erit: nisi mutabili, peti & instabili mobilitate huc illucque defluere? Vnde manifestissimè comprobatur: non omnia de Deo secundum substantiam debere dici: sed aliquanta dispensationi respondentia: non naturæ eius conuenientia certò certius profiteri. Probus iudex dixit: Licet sufficenter & doctius laudabili breuitate, responderis. Non omnia de Deo secundum substantiam dici, latius tamen hæc à te audire desidero: cum tui loci disputationis tempus adfuerit. Nunc interim (vt ante fatus sum.) Sabellius vt cœperat, prosequatur. Sabellius dixit: Fidei nostræ professio, vt superius

*al. cogitatio.*

*al. tristitia.*

*al. letitia.*

*al. intelligi.*

*al. profite-  
mur.*

*al. laudabili-  
ter.*

## PHO. ARR. ET ATHA. 9

rius dixi, hunc eundemq; patrem & filium prædicat Deum, ne gentili errore duos Deos adserere conuincamur, si alius pater, alius à nobis filius prædictetur. Vnde ex his ipsis, quæ à non intelligéibus, vel minus sentientibus, aduersa nobis esse putantur, aperi-  
tissimè demonstrabo, summi atq; omnipot-  
tentis Dei vnam esse personam. nam, quid  
aliud est, pater in me manens facit opera, ni  
si ego in me manens facio opera? Et qui me  
videt, videt & patrem, id est, ego sum ipse pa-  
ter qui filius, vt per vnam diuinitatis cōtem-  
plationem vnam intelligas esse personam?  
Sed etiam quid ait: Ego in patre & pater in  
me? vel quod Esaias ad eundem loquitur, in  
te est Deus, & non est Deus præter te, id pro-  
culdubio manifesti voluit indicare, sine alterius permixtione personæ, in seipso inef-  
fabiliter permanere. Si enim, vt ipsi quoq;  
concedunt: & vt superius fassi sunt, simplex  
est diuina natura: non fieri potest, vt vel ipsa  
intrinsecus vacua, alterius in se naturę perso-  
nam contineat, & ipsa vicissim contineatur  
ab altera. Necesse est enim vt se ipsa aut mi-  
nuendo contrahat, aut euacuando exinan-  
iat, aut dilatando diffundat: quoniam rece-  
ptorum vel recipientium conditio ista est:

B vt

## DISPV. INTER SAB.

*Al. portento.*

vt aut recepturus spatio dilatetur ad alterum recipiendum: aut recipiendus, contractione aliqua minuatur: vt intra euacuatam ad suscipiendum se, naturam valeat contineri. Quæ quoniā tam impia tamq; absurdā, simplici illi & ineffabili naturæ congruere minimè possūt: id sine dubio, restat intelligi, vt vnum idemq; in seipso manens, de seipso singulariter dicere videatur: Ego in patre & pater in me: Et, qui me videt, videt & patrem: ne si de duobus dictū accipere volueris, duos nihilominus Deos separatim distinctos adserere conuincaris. Aut si ita eos in se inuicem permanere defendis: vt horum vnam dicas esse naturam: nescio quam personarum deformitatem, portentui alicui similem, ex vnius rei initio pertinentem: aut in vnius naturæ substantia confusius & permixtius habitantem videberis profiteri, & hac ratione simplicem & intemeratā diuinæ virtutis naturam indignis compositā qualitatibus defensare. Recurre magis ad illa singularia cœlestium præconia sanctorum, quibus vnius in vna persona manentis, diuinitas predicitur: vt Moyses admonet, dicens: Audi Israël: Dominus Deus tuus, Deus vnum est. Quod & ipse quoq; Deus in deuteronomio contestatur:

PHO. ARR. ET ATHA: 10

tur: videte videte, quoniam ego sum Deus, & non est alius absque me. Et iterum: Testes vos estis, si est alius Deus præter me. Non debemus tantæ auctoritatis cœlitus nobis sententiam depromptam, alterius Dei confessione frustrare, ne in nostri perniciem tanti præconij cassantes imperium, debita deorum cultoribus subeamus tormenta. Probus iudex dixit. Si huic tam validæ prosecutioni, posse aliquid referri putatis, perorare dignemini. Arrius dixit. Dum per vnius Dei probabili quidem & admodum vtili confessione bifariæ deitatis, errore Sabellius semetipsum conatur exuere, nefandam Iudaici sensus impietatem incurrit, filium Dei, Deum in sua manere substantia, & propriam habere personam, mente sacrilega dene-gando. Cuius insanissimi furoris audaciam quanto cunque breuitatis compendio vti potuero, cœlestium testimoniorum auctoritate frenabo, ad demonstrandam subsistentis filij personam. Non illa quæ quidem homini suscepto congruere cauillantur assumens, sed illa in medium prôferens testimonia, quæ sine vlo ancipitis intelligentiæ scrupulo, diuinitati eius competere

B 2 . omnes

## DISPV. INTER SAB.

omnes pariter confitentur. In Genesi dominum dixisse legimus faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ecce plura litera dixit, faciamus, alium videlicet indicas, ad quem loquentis dei factus est sermo. Non enim tam absurdè intelligendum fuisse locutum, ut sibi ipse diceret, faciamus, quod propriè illorum est, qui amentia passionem incurunt. Namque ut ad alterum locutum fuisse scriptura monstraret, cōtinuo subiecit dicens. Et fecit Deus hominem, ad imaginem dei fecit illum. Si unus esset, ad imaginem suam fecisse diceretur. Nunc autem aliis ad alterius imaginem aptius fecisse describitur. Itē cum ob multa nefandi sceleris facinora, Sodomitas suis in locis, terras igneis diuinitus imbris sanxisset vrendas, ita refertur. Pluit inquit dominus a domino ignem & sulphur. Nihil tamen euidentius ad ostendendum patrem, & demonstrandum filium legaliter potuit intimari, vbi aliis ab altero, non unus a se ipso sulphureas ccelitus iaculatus est flamas. Item ipse filius ad Iacob loquitur dicens. Ego sum Deus, qui visus sum tibi: in loco dei posset dicere, qui visus sum in loco meo, si una loquentis intelligeretur persona. Item Ascende inquit in Bethel, & fac ibi alta-

PHO. ARR. ET ATHA. vi  
altare Deo, qui apparuit tibi. Nec istud singulari vnam personam congruere potest, vbi distinctus alius altero sacrarium imperat constituendum. Id enim solitarium dicere conueniens erat, fac altare mihi deo, qui apparui tibi. Item pater deus de saluandis in Deo filio populis, per Osee prophetam loquitur dicens, Et saluabo eos in domino deo ipsorum. Item dauid ad filium Dei loquens, Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Propterea unxit te Deus deus tuus, oleo letitiae pre confortibus tuis. Quid hoc ad confessionis errorem submouendum, manifestius potuit dici, vbi deus deum vnxisse prescribitur? Hęc interim pauca de veteri testamento decerpsti. Nam plura & manifestiora studio breuitatis omisi, quibus luce clarius comprobatur, & patrem & filium distinctis & separatis substantiarum proprietatibus existere. Quod autem Sabellius ex hoc, quod ait. Ego in patre, & pater in me est, vnam visus est demonstrare naturam, sive personam, quod videlicet alia intra aliam sine confusionis permixtione, vel preter certa vitiorum generarum, que more sophismatum questionum voluit intentare, inesse substantiam vel personam, sicut non una Dei & homini

## DISPV. INTER SAB.

num potest esse natura, de quibus dicit, quod ipsi in Deo, & Deus in eis est: deniq; idē ad patrē de credentibus loquēs filius ait. Ut sicut tu pater in me & ego in te, ita & ipsi in nobis sint. Et iterum. Qui edit carnē meā, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in eo. Apostolus quoq; de idiota. Quid prostratus inquit confitebitur, quia verè Deus in vobis est. Sicut ergo cū Deus in nobis & nos in Deo sumus nō confusione psonę, non vnitate nature, nō augmenti accessiōe, nō detrimenti subtractione, non qualibet cōposita vel ordinata mutabilis substatię qualitate, sed pura & simplicis fidei sanctitate dño in nobis habitaculum præparemus, & ille nos in suā recipit mansiōne, dum eius volūtatem faciōdo in ipso manemus, ita pater & filius pro indissolubili fōdore voluntatis, in se inuicē manere noscuntur. Probus iudex dixit. Quoniam tā clarissimis testimoniorū documentis, & patrem & filiū propriè subsistere demonstrasti, q̄ Sabellius humanis mentibus quæstionū nebulas offundendo negabat, id nūc à tuis queritur partibus, quomodo & deum patrem & filiū, separatim & distinctius profitendo, non pluralem diuinitatis naturā introducere videaris. Et quanq; superiore pro-

secu-

PHO. ARR. ET ATHA. 12  
secutione breuiter pauca perstrinxeris, lata tamen & propria quæstionis huiuscmodi debet esse probatio. Quam tūc copiosius ex pedire debebis, dum inter te, atq; Athanasium disputationis examē cœperit agitari. Et quoniam nunc vt dixi adsertione veridica, Sabellij est perfidia refutata, fidei suæ Fotinus certis, si valet, testimonijs adlit. Fotinus dixit. Ego domino nostro Iesu christo initium tribuo, purumq; hominem fuisse affirmo, & per beatæ vitæ excellentissimum meritum, diuinitatis honorem fuisse adeptum. Quis enim fœmineo portatus vtero per partum egeritur? Quis puerperiæ cunas expertus, & lactei poculi alimento nutritus, maternis gestatus est vlnis? Quis vniuersas corporeæ fragilitatis conditiones impleuit? Dum esuriem patitur, dum nequissimi spiritus tentatione percellitur, dum lasitudine fatigatur, dum in somnos resoluitur, dum comprehēsus nexibus alligatur, dum flagellis verberatur & palmis, dum ludibrijs insulatiū agitarur, dum crucis patibulo suspensus, & mortis dispendia perpetitur, quem humana cōditio parentibus subdidit, cuius fraterna vtriusq; sexus cūcta designata, q; de locorum cognitione fallitur, qui de mali

*for. cognitio*

B 4

spiri-

## DISPV. INTER SAB.

spiritus nomine sciscitatur, qui iudicij diem seignorare fatetur, qui tribuendarum sediū potestatem non se habere testatur, qui se de relictum conqueritur, qui passionis formidine, & mortis terrore concutitur, propter quod & calicem à se transferri precatur, & quam multa quę commemorare lögum est humanitati conuenientia patitur, quis tam insipiens est vt hæc Deo congruere arbitretur? Nam illa virtutum miracula nō propria perpetrasse virtute, sed deum per eū fecisse credendū, sicut ipse ait pater in me manens, facit opera. Et iterum, Non potest à se filius facere quicquam. Quia enim multū deo acceptus fuit, quicquid voluit orationibus impetravit. Nā si mortuis redditā est vita, si cœcis lumen, si debilibus virtus, si leprosis mūditia, si vēti mareq; cesserunt, si alimentorū creatura multiplicati fecoris sensit augmētum, nō nisi hēc omnia oratiōis munere elicitā esse noscuntur, similiq; modo prfecta quamdudum prophetæ in dei nomine perfecerunt. Verum quia hic in tantum se dignum Deo, chariorēq; perseverando in mā datis eius exhibuit vt ipse ait. Ego quę placi ta sunt ei, facio semper, & vt pater ad eū per angelum loquitur dicens, sicut in Zacharia

scri-

## PHO. ARR. ET ATHA. 13

scriptum est Angelus inquit domini stabat, & contestabāt Iesum, hæc dicit domin⁹ deus exercituum. Si in vijs meis ambulaueris & custodiāt meam custodieris, tu quoq; iudicabis domum meā. Et vt mortem pro mūdi salute equanimiter tulit, ob hoc inquā quod se tantum ac talem exhibuit, dedit illi Deus vniuersorum potestatem, ac deum illum totius creaturæ constituit, sicut apostolus docet, dicens, Humiliauit semetipsum vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter q; & Deus illum exaltauit & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrīū & infernorū. Vnde & ipse postpassionē, quę ei tale contulit meritum, aiebat. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quod vtiq; si ante tempora deus esset, potestatē ex tempore non accepisset, quā semel habuisse constabat, sed vt dixi ob præclarū obedientię ac passionis meritum diuino est honore donatus, & super omnia exaltatus, sicut & Petrus loquitur dicens, Deus patrum nostrorum exaltauit puerum suum Iesum. Et iterū, dextera igitur dei exaltat⁹. Ac rursus, Certissimè inquit sciat omnis domus Israēl, quia & dominū illum & christum deus

B 5 fecit

## DISP V. INTER SAB.

fecit hūc Iesum, quem vos crucifixistis: ostēdens euidentius propter passionem crucis, ex tempore Deum fuisse factū, non Deum ante tempora natum. Vnde & Paulus Tāto inquit angelis melior factus, quanto excellētius præ illis nomē accepit. Quod em̄ fit vel accipitur, ex tēpore sumit initium. Nam ex semine Dauid originis sumpsisse principiū, diuina vbiq; testantur eloquia, sicut Deus ad dauid loquitur, Dominus filius qui egredieatur de renibus tuis, ipse edificabit mihi domum. Et iterum. De fructu ventris tui, ponā super sedem tuam. Et Isaías: Ecce radix Iesse exurget regere gentes. Et apostolus. De filio inquit suo, qui factus est ex semine Dauid. Et iterum. Memoresto Iesum Christū resurrexisse à mortuis, ex semine dauid. Et angelus ad Mariam. Dabit illi inquit Deus sedem Dauid patris sui. Ex his igitur atq; alijs quām pluribus demonstratur euidentius, non Deum ante secula fuisse, sed in Deum bōnę actionis merito processisse. Probus iudex dixit. Intentatis à Fotino quēstionib; è diuerso venientium responsionib; occurritur. Athanasius dixit. Si ea quā Arrius contra Sabelliuū prosecutus est, diligenter aduertas, ibi etiam Fotini perfidiam

PHO. ARR. ET ATHA. 14

diam pariter cognoscis exclusam. Probus iudex dixit. Vt puta? Athanasius dixit. Sabellius vnam confitendo personam, filium ante cunctorum originem seculorum subsistere denegauit, quod ipsum quoq; Fotinus impijs asseuerare cōmentis aggreditur, dum filio ex humani ortus nativitate initium tribuens, omnino eum non fuisse testatur. Quāe sacrilega opinionis sententia, Arrio copiosius prosequente caflata est. Aperitè enim & lucidius demonstrauit, filium dei ante tempora substitisse. Probus iudex dixit. Memini equidem Arrium de proprietate personę filij subsistentis contra Sabellium satis egisse, sed disputationis ordo vel ratio poscit, vt Fotini quoque adsertio, proprio debeat contranitentium refutationis obice submoueri, ne dum nimis breuitati studetis, res necessarias omittere videamini. Non enim paruam intulit suā fidei quāstionem, multis adseuerando documentis, filium Dei ex Maria virgine initium accepisse, & in Deum clarissimā actionis merito profecisse. Athanasius dixit. Non pigebit aut me, aut Arrium, Fotini dementiam diuinā scripturā auctoritatibus arguere, qui in tantum prorūpit

## DISPV. INTER SAB.

pit insanię, ut propheticis atq; apostolicis dictis, vesano furoris sui animo repugnans, ne scio quæ vilissima derogationis exēpla, quæ Deus pro nostræ redemptionis salute voluntario subiit affectu, in iniuriam tantæ protulit maiestatis. Arrius dixit: Tolerabilius Iudeorum christo insultantium voces, aut crucifixi latronis blasphemiq; audiuntur, quam nefanda huius Fotini perfidia sustinetur. Quis enim ferat purum hominem prædicari, aut ex Maria sumpsisse initium eum, qui se de cœlo venisse & ante secula genitū protestatur, sicut idem de patre loquens, & eterne nativitatis mysterium pandens ait. Ante secula fundauit me, & ante omnes colles genuit, cum pararet cœlos aderam illi. Sed & pater ad eum loquitur dicens. Ex vtero ante luciferum genui te. Quia enim stellæ in signis temporum positæ sunt, nativitatem filij sui Deus pater ante astrorum originem, id est ante omnium temporum seriem extitisse testatur. siue spiritualiter dictū intelligamus, ante luciferum, id est, ante angelorum creaturam, quoniam de angelo dictum est, lucifer, qui mane oriebatur. Fotinus dixit. Hoc secundum prædestinationis veritatem dictum accipitur, apostolo contestante at-

que

## PHO. ARR. ET ATHA. 15

que dicete. Qui prædestinatus est filius dei in virtute. Nam sic dictum est, Ante colles genuit me, vel Ante luciferum genui te, cū tamen nouissimis temporibus fuerit natus, quomodo & apostolus electionem sanctorum ante exordium factam adserit seculorum, qui nos inquit elegit ante constitutio nem mundi. Et vtq; nō sunt nisi in fine mū di electi. Sicut ergo q; ante secula nō subsiste bant, tamen in prædestinatione electi esse dicuntur, eodem intelligentæ genere & de christo, quod ante secula dictus est natus, in prædestinatione dictum accipitur. Moris enim est diuinę scripturæ, id quod pro certò futurū est, ac si iam factum sit enarrare. Unde & propheta ait. Qui fecit q; futura sunt, id est in prædestinatione facta, re autem nec dum existentia. Ita & filij nativitas ante secula prædestinata, in fine vero ex tempore vera citer est orta. Prob' iudex dixit: Illa quæ ante mundi prædestinatione nativitas est, ex Dei patris vtero pcessisse describitur, tu vero filium ex Maria initium accepisse testaris. Fotinus dixit. Sed non ideo intelligendum est, Christum de deo patre natum, quia ait se de patre genitum, aut patrem genuisse fate tur. Hoc enim Deus pater de adoptatis vel ado-

## DISPV. INTER SAB.

adoptandis dicere confueuit, sicut per Isalām dicitur, filios genui & exaltaui. Et iterum , Primogenitus meus Israēl: et Ioannes . Omnis qui natus est ex Deo non peccat, & non potest peccare, quoniam natiuitas Dei seruat illum . Nunc igitur quia homines fideles de Deo nati esse dicuntur, idcirco eis humanæ nativitatis auferuntur origo , aut priusquam de hominibus nascerentur ante mundi principium, per diuinæ nativitatis commemorationem extitisse credendi sunt? Arrius dixit. Quoniam manifestissimæ veritati callida disputationis arte Fotinus obnittitur , euidentissima est diuinæ scripturæ autoritate frangendus . Ioannes enim apostolus istius insaniam longe ante in spiritu sancto conspiciens, ante principium seculorum substantiale apud patrem, Deum filium extitisse testatur , ac sic Fotinum alto imperitiae sopore demersum, & letali quiete sepultum, clarissimæ suæ vocis præconio excitat dicens . In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum , hoc erat in principio apud Deum . Ergo ei, qui in principio erat apud Deum non relinquitur ,

## PHO. ARR. ET ATHA. 16

vt nouissimo tempore originis suæ principium ab homine sumpserit . Et ne hoc verbum , quod in principio erat apud Deum, diuinæ vocis transeuntem existimet sonum, ait. Et Deus erat verbum. Quod si hoc verbum Deus erat , substantia manens, non sonus transiens erat. Fundatae em̄ naturę virtus ostenditur, quę fuisse vel esse substantialiter prædicatur. Et quoniam nunc quoque Sabellium in hoc adiutorio vobiscum astare conspicio , in utrosque testimonij huius tela vibrabo , & inde Fotinum occido, vnde Sabellium perimo. Audiat ergo Sabellius Deum apud Deum fuisse , & desinat ab unitate persona. Audiat Fotinus hoc verbum , Deum in principio extitisse, & desinat de Maria virgine initium tribuere. Hoc inquit erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In hoc mundo erat , & mundus per ipsum factus est . Antecedit creator creaturæ suæ opificium an non ? Probus iudex dixit. Constat operis sui fabricam , antecedere creatorem \* vt postea ipse cœpe \* videt deesse rit, qui facti author extitit. Arrius dixit. Si ergo omnia per filium facta sunt , &

## DISPV. INTER SAB.

mundus per eum factus est, apparet ante mū  
dum vel ante omnia, quæ facta sunt, filium  
extitisse. Probus iudex dixit. Nil hac proba-  
tione manifestius poterit demonstrari. Ar-  
rius dixit: Sed ne forte vnius apostoli proba-  
tio insufficiens perfidis videatur, alia, si præ-  
cipis, testimonia, filii Dei ante secula subsi-  
stentem contestantia, breui prosecutione  
subnectam. Probus iudex dixit. Licet (vt re-  
or) vtilius & validius hoc testimonio nil sit,  
tamen vt diuersis probationum testimonij  
assertioni tuæ cumules fidem, pauca vt ais  
circumscripta breuitate prosequere. Arrius  
dixit: Domini nostri Iesu Christi vox est in  
euangelio dicentis. Nemo ascendit in cœlū,  
nisi qui de cœlo descédit, filius hominis qui  
est in cœlo. Et iterum, descendit de cœlo, nō  
vt faciam voluntatem meam, sed voluntatē  
eius qui misit me patris. Apparet ergo iam  
fuisse, qui de cœlo descenderat, vt Fotinus  
erubescat, & alium esse à patre, dum non sūe  
voluntatis arbitrio præsumit aliquid facien-  
dum, sed mittentis se patris in omnibus exe-  
quitur volūtatem, vt Sabellius & ei similes  
conticescant. Item Pater inquit glorifica me  
illa gloria, quam habui apud te, priusquam  
mundus esset. Ecce ante mundi constitutio-

nem

## PHO. ARR. ET ATHA. 17

nem, honoris gloria prædictum penes patrē,  
se fuisse testatur. Audiat ergo sabellius aliū  
apud alterum, audiat Fotinus gloriam ante  
mundi posseditne principium. Itē apostolus  
in propria eū diuinitatis forma fuisse osten-  
dēs, priusquā naturę seruīlis formā suscipe-  
ret, ait. Qui cū in forma dei esset, non rapinā  
arbitratus est, esse se similem deo, sed semeti  
psum exinanivit, formā serui accipiens. Iam  
igitur Deus erat, qui vt homo esset, dei se for-  
mam exinanisse docetur. Item Hieremias de  
um fuisse, priusquā hominis formā dignare  
tur adsumere, euidentius agit dicens. Hic est  
Deus noster, & non deputabitur alter ad eū,  
qui inuenit omnem viā scientiæ, & dedit eā  
Iacob puerō suo & Israēl dilectō suo. Post  
hæc in terris visus est, & cum hominibus cō-  
uersatus est. Hec tam firma, tanq̄ robustissi-  
ma de diuinis auctoritatib⁹ elicita probame-  
ta, qualibet Fotinus si valet argumentatione  
dissoluat. Probus iudex dixit. Si adhuc tam  
manifestis tamque perspicuis documentis  
Fotinus obuius ire desiderat, certū est eum  
morbidæ contentionis vitio agi, quę tantæ  
non subiicitur veritati. Ne studio igit̄ dilatā  
di certaminis nebuloſę falsitatis questiones  
intendat, & in superfluis rebus necessarium

C tem-

## DISP V. INTER SAB.

tempus absumat, vtilem suis prosecutionibus finē imponat. Arrius vero, atq; Athanasius qui filiū Dei ante mūdi ortus principia de patre genitum confitentur, q; videlicet Sabellius pariter Fotinusq; negabāt, quomodo in vna eademq; sentētia fidei dissidiū faciant, secumq; non conueniant, edicere nō moren̄t. Athanasius dixit. Subsistere ante secula filiū veraciter Arrius profitetur. Quod aut̄ de patre natus sit sono tantūmodo vocis, & simulata verborū confessione, non ve-

Huc usq; que  
defiderat

fuit.

al. professio-  
ne confitit.

ratis proprietate concedit, dum eum à paternæ naturæ substātia lōgius separat, & conditione naturæ non disp̄estationis ratione patri subiectum affirmat. Probus iudex dixit. Clarissimum fidei vestrē iudicium date, & quemadmodum creditis recenti prosecutione signate, quo possit ad normam propositæ confessiōis disputationis quoq; materia coaptari. Athanasius dixit. Ne uos graue oratione longissima, sensus fidem meā breui sermone concludo, patrē & filium & spiritum sanctū, scilicet deitate potestate, magnitudine natura, vñ esse cōfiteor, nec aliqd in hac trinitate nouū, extraneū, ac si antea nō fuerit, postea vero adiectum sit adsero, sed vt dixi, vnius eam naturæ, vniusq; substātia cre-

de

## P̄HO. ARR. ET ATHA. 18

do. Arrius dixit. Ego sicut tres psonas in sua proprietate manentes, ita tres substātias patris & filij & spiritus sancti cōfiteor. Alia est enī Dei patris, alia filij, alia spiritus sancti substātia, nec potest vlo modo ingenitæ substātiæ aut genita filij, aut creatæ spirir̄ sancti cōferri natura. Vñ nec potestate équales, nec magnitudine similes, nec natura consortes, à nobis fideli cōfessione creduntur. Probus iudex dixit. Si hoc totum est, in quo à vobis inuicem dissentire videmini, id est, quod vñs diuersas, aliis trinitatis vnam dicat esse substātiā, id nūc disputationis ratio poscit, vt adsertiones vestras, nec subtilitate argumēntorū de industria dialecticæ artis venietiū, sed puris & simplicibus diuinę scripture documētis robustius fulciatis. Arrius dixit. credo quod memorialib⁹ prudētiæ tuę sensibus Athanasij prosecutionē nequaq; subtraxit obliuio, qua id elegatiū porauit, illū debere prauitatis errore notari, qui noua & inusitata verborum commenta sectatur, adiiciens apostolicis dogmatibus, q; ab eisdē cōstat traditum nō fuisse. Probus iudex dixit. Ita memini. Arrius dixit. Ergo Nicenī decreta concilij lectiōne pandantur, & agnosces Athanasium vel huius auctores apostolicam

C a fidei

## DISPV. INTER SAB.

fidem nouorum adiectione verborum hactenus corrupisse, vt & eos qui antiquis patru inhefere doctrinis, ambitione regia vni censorint feralibus relegandos edictis. Probus iudex dixit. si presentis negotij ratio postulat, vt decretu Nicæni concilij recitetur, hoc quoq; Athanasius sua prosecutione delignet, vt ex vtriusq; voluntatis assensu ( si quid est illud q; offerit) extrinsecus recite. Athanasius dixit. causa cogruit vt reru gestarū lectio nis copia nō neget. Probus iudex dixit. Ergo vt desideratis, p̄fati decreti fidei Nicænæ lectio ventilet: Et lectu est ita. Credim⁹ in vnū

*Omnium alibi deest.* Deū patrē omnipotētem \* omnium visibiliū factorem, & in vnum dñm nostrum Iesum christū filiū dei, natum ex patre vnigenitū, hoc estde substantia patris:

*Ait deo.* Deum ex deo, lumen \* ex lumine, deum verum de deo vero, natū nō factum, vnius substantię cum patre, quod gr̄eci dicunt, ὁμόσιος per quem facta sunt omnia, quę in cœlo, & quę in terra: qui propter nostram salutem descendit: incarnatus est, & homo factus est: passus est, & resurrexit tertia die, ascēdit in cœlos inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. eos autem qui dicunt, Erat quādō non erat, & antequā nascē-

## PHO. ARR. ET ATHA. 19

nasceretur, non erat, & quod de nullis extantibus vel ex aliqua substātia, aut essentia \* di-  
 cunt esse cōuertibilem & mutabilem\* filium  
 dei hos anathematizat catholica & apostoli-  
 ca ecclesia. Arrius dixit. Peruides virorum  
 optime Probe, istiū decreta cōciliij in fugi-  
 lationē apostolicę fidei, ausū temerarię p̄r-  
 sumptiōis fuisse cōscripta. Quid enim opus  
 erat nouū hoc ὁμόσιο vocabulum antiquis  
 dogmatū regulis inseri? Nunquid enim apo-  
 stolos vel eorum discipulos atq; omnes per  
 ordinem successores, qui ad illud vſq; tem-  
 pus in christi confessione viuentes, ὁμόσιο  
 vocabulum ignorabant, impietatis sacrile-  
 giū in fidei veritate secutos fuisse dicemus,  
 pro eo videlicet, quod hui⁹ nominis notiōe  
 priuati, siue ipsius assertiōe p̄diciatiōis per  
 rexerunt ad Christum? Si enim à nobis ( vt  
 isti penitus mentiuntur) noua introduceba-  
 tur contra apostolorum statuta doctrina: id  
 vtique conueniens erat, & nouę à nobis inge-  
 stae doctrinæ antiquis apostolorum obvia-  
 re doctrinis, & nouitati vetustatem p̄scri-  
 bere, nō vetustatem nouitatē peruertere. Vt  
 quid mihi hoc nomen sequendū imponit?  
 Vt quid me ad huius rei nouitatem violen-  
 tius trahit? Vt quid hoc apostolicę fidei su-

*Al. alia.*

*Al. dicentes.*

*Al. Deum.*

## DISPV. INTER SAB.

peradijicitur verbū, cuius nec prophetē quidem, nec apostoli vspīā faciunt mētionem? Quod istud q̄so nomē est, sine quo fides integrā esse non possit, sine quo christiani chri-  
stianæ religionis abdicātur honore? Vnum enim de duobus in hac causa sequi necesse est, si vera est homousij assertio, falsa est apo-  
stolorum prēdicatio, quæ sine hoc nomine longo tēpore floruit. Si vera apostolica fides huius nominis exps vera est, sicuti & est hæc sine dubio falsa, quæ antiquæ fidei, nominis nouitatē adiecit. Reuolue cuncta noui & ve-  
teris testamenti volumina, vtrum alicubi ὅμοιοι sacrī inditum paginis poteris inue-  
nire. Probus iudex dixit. Quid his refertur? Athanasius dixit. Nominis tātum offenderis nouitate, an etiā ipius rei virtutē, quæ hoc est sortita vocabulum refugis? Arrius dixit.  
Quid dicas, non satis intelligo. Athanasius di-  
xit. Quoniam res antiqua nouum nomen ac-  
cepit, non vocabulo nouo, nouæ rei virtus accessit, hoc vtiq; requiro, vtrum res quæ an-  
tiqua est, simul à te cum nominis nouitate  
damnetur. Arrius dixit. Res loqueris tor-  
tuosas, & omni stultitiae miraculo dignas. Si  
enim ὅμοιοι nouum nomen est, non du-  
Alq'm. bium \*quod & res noua sit, quam significa

PHO. ARR. ET ATHA. 28  
revidetur. Athanasius dixit. Ergo pariter rē nomenq; cōdemnas? Arrius dixit. Ita planē. Athanasius dixit. Igitur cum demōstrauero rei antiquę & ab apostolis traditę, nomē no-  
uum attributum fuisse, victum te tandem fa-  
teberis, an etiam sic rem antiquam simul cū  
nominis nouitate cōdemnas? Probus iudex  
dixit. Et quæ ratio causæ flagitabat, vt res an-  
tiqua nouum acciperet nomen? Nunquid  
enim priusquam hui⁹ nominis vocabulum  
sortiretur, sine nominis pprrietate manebat?  
Hoc mihi nullā rationis consequentiā habe-  
re videb̄. Arrius dixit. Optimē dicis. Athana-  
sius dixit. Ecclesiasticæ semper moris est di-  
sciplinæ, si quando hæreticorū noua doctri-  
na exurgit, contra insolētes questiōnum no-  
uitates reb⁹ immutabiliter pmanentibus no-  
minum vocabula immutare, & significatiū  
rerum naturas exprimere, quæ tamen existē-  
tium causarum veritatibus congruāt, & quæ  
magis eadem antiquitus fuisse demonstrēt,  
nō ortus insinuent nouitatē, & vt quod dico  
planius fiat, vtor exēplo. In ipso christianæ  
religionis prædicationis initio, omnes qui  
credebant dño nostro Iesu christo, non chri-  
stiani sed discipuli tantūmodo nominaban-  
tur. Et quia multi dogmatū auctores nouorū

## DISPV. INTER SAB.

extiterant doctrinæ obuiantes apostolicæ,  
 omnesq; sectatores suos nominabant disci-  
 pulos, nec erat vlla nominis discretio inter  
 veros falsosq; discipulos, siue qui Christi, si-  
 ue qui Dosithei, siue Theodæ, siue Iudæ cu-  
 iusdam, siue etiam Ioannis sectatores, qui se  
 quasi Christo credere fatebantur, vno illi di-  
 scipulorum nomine censerentur. Tunc apo-  
 stoli conuenientes Antiochiam, sicut eorum  
 Luca narrante indicant a&t;a, omnes discipu-  
 los nouo nomine, id est, Christianos appelle-  
 lant, discernentes eos à communi falsorum  
 discipulorum vocabulo, vt & diuinus per  
 Isaiam oraculi sermo impleretur, quia it. Ser-  
 uientium verbū mihi vocabitur nomen nouum.  
 Hanc ergo ab apostolis traditam in no-  
 uis vtendo nominibus formam ecclesia reti-  
 nens, cōtra diuersos h̄ereticos prout sanæ fi-  
 deiratio postulabat, diuersas edidit nominū  
 nouitates, neniq; patrī nouū innascibilitatis  
 nomē ecclesia imposuit. Cum enim Sabellia-  
 na h̄eresis genitū ex virginē patrē voluisse  
 asserere, ingenitū contrahāc confitēdo ecclē-  
 sia tradidit patrē. Et vtiq; in diuinis scriptu-  
 ris ingenitum nunquam legimus patrem,  
 Potest ergo Sabellius audaciam suam in hu-  
 ius calumniæ \* vertere questionem, & simili-  
 al. obuer-  
 tere, Al. ipsum te  
quoq; metiri  
non piget.

vt tu

## PHO. ARR. ET ATHA. 21

vt tu, propositiōis genere vti, quo dicat. Cur  
 diuinis scripturis sine vlo prospectu podo-  
 ris violentiam facitis, profitendo innascibi-  
 lem patrem, quod scriptum ostendere non  
 valetis? Item, quia eum non solum genitum  
 sed & passum impio dogmate idem Sabel-  
 lius profitetur, episcopi vestri dudum Syr-  
 mium cōuenientes in vnum, inter ceteras fi-  
 dei, quas promulgauerunt quæstiōes vel san-  
 ctiones, dixerunt patrem impassibilem esse,  
 quod religiose sancteꝝ statuisse probamus.  
 Sed hoc itidem ille proclamat. Quousq; no-  
 stræ licentię audaciam pretenditis, profiten-  
 do quod scriptum nō legit̄, impassibilem  
 patrē, quod nec prophetæ tradiderunt, nec  
 symboli autētici tradit auctoritas, sed vestra  
 est temeritate p̄sūdum? Rursum prose-  
 quuntur ijdē ipsi, qui Syrmio conuenerāt  
 & hanc religiosæ confessionis fidem de filio  
 statuunt, Deum inquietū de deo, lumen de-  
 lumine. Iam hic Fotino, qui ex humanæ ge-  
 nerationis natura initium tribuit filio, quan-  
 ta calumniandi occasio pateat\* ipse tu que-  
 so metire. Cur enim nō similes querimonia  
 rū causas intendat? Cur non simili vocifera-  
 tione ipse quoq; infaniat dicens, Quid dici-  
 tis, quid statuitis, quid sequendum nostro

C 5 ex

## DISPV. INTER SAB.

ex iudicio posteris traditis, confitendo filiū Deum ex Deo, lumen ex lumine? Ostendite mihi vtrum in eadē fidei forma. i. in auctenti eo symbolo, quod apostoli tradiderunt, hoc scriptum legeritis. Sed contentus sum cū ibi scriptum non fuerit, saltē mihi de prophe tis legatur, de apostolorū literis ostendatur. Quis has vocū coleret nouitates? Quis \* suis admittere sensibus patiat̄ q̄ neq; prophetę, neq; apostoli tradiderunt. Itē similē patri fi liū, multis & creberimis concilio rū vestro rum decretis statuistis. Exurgat nunc Euno mius, qui dissimilē confitetur, & dicat. Vbi hoc legistis, vbi scriptū reperiistis, vtrū ne pa ter an fili⁹ hac de se vsus est voce? Ergo tu Ar ri qui me hodie tali constringis articulo, vt ὀμόσιον propriè scriptum ostendā, aut fate re cōtra insolētes & furtiuas hēreticę intelli gētiæ prauitates, quādā cōfessionis nomina nō temerē p̄sumpta, sed ex cōsequenti ratio ne collecta, fidei auctoritatibus fuisse inser ta, ita vt tot nouorū verborū religioso intel lectu extiterint absolutiōes, quot fuerint q̄si t̄z vel subministrat̄ p̄fidie occasiones, aut si id fateri nolueris, tuis tecū obiectionibus agam. Ostēde mihi nō ex coniecturis, nō ex versimilibus, non ex ratione vicinis, non

*Al. rudi bus.*

ad

## PHO. ARR. ET ATHA. 22

ad intelligendū prouocātibus, reb⁹ nō ad id profitendū pietate fidei suadēte sed pura & nuda verborū proprietate hoc scriptū osten de, ingenitum aut imp̄fāsibilē patrē, filium vero dē ex deo, lumē ex lumine, aut patri si mīlē esse. Nolo mihi dicas hoc fidei ratio poscit, hoc pietas docet, ad hāc me noīs pro fessionē, scripturarū consequētia prouocat, nolo inquā mihi talia obtendas, quia & me similia de homousij probatiōe respuis pro ferentem. Sed forte fero in manibus diuino rum volūnī codices & eodē sono ijsdem syllabis p̄̄dictorum vocabulorū noīa indi ta lege, aut ostende scriptū, filiū patri simili lem aut fatere dissimilem, quō hinc erūpas, \* quorsum euadas nō est, tuis te obiectioni bus implicitū propositionis nexo enodādi, facultas nulla suppeditat. Aut cōcede mihi ex cōsequētibus p̄bare ὀμόσιον. i. vni⁹ sub stātię fidē, aut si cōcedere nolueris, negāda sūt tibi vniuersa q̄ ipse fateris, q̄a ea nude po sita īuenire vtiq; nusq; poteris. Prob⁹ iudex dixit. Si ecclesiasticę cōsuetudinīs mos ē, vt aliqua verborū vocabula \* ob coērcēdis hēre tīcorū motibus in fidei auctoritate nuda po nan̄, q̄ tñ rōe ex cōsequētia rerū existētiū ve stian̄, dū eorū veritas in qua originē sumūt diui-

*Al. quo rūbus.*

*Al. pre.*

## DISPV. INTER 5 AB.

diuinis contineri literis inuenitur, quid dicitur arri? Cōcedis ὥμεσον sicut Athanasius dicit de diuinis scripturis, per conuenientes professionis qualitates probari an non? Arri dixit: Iste nescio qua sillogisticæ artis ver-sutia obiectionem meam conatur eludere. Ego enim hoc mihi ostēdi defydero, vtrum homousion dominicę sit lectio[n]is conscriptum auctoritate, & ideo aut propriè positum legat aut ab eius confessione recedat. Probus iudex dixit: Sed vides quēadmodum tuam in te referat questio[n]em, & iſſe te, quibus vteris, constringat articulis, professionis tuę manifestius (vt ipse exigis) documentū, vt ei de canonicis nudē positiū literis ostēdas innascibilem, aut impassibilem patrem, aut D̄cum ex Deo, aut lumen ex lumine, aut patri filium similem esse. Quę omnia si propriè posita demonstrare minimē potueris, negandi tibi necessitas imminet. Cui discrimini illa, vt mihi videtur, sola ratio poterit subuenire, vt cōcedatis vobis ea, quę in concilijs vestris nudē sunt posita, de scripturarū fontib[us] emanasse. Nam hoc contentionis al. deputabit, vitio\* dabitur, vt documentum nudi sermonis exigas, cui⁹ fidei sensum in scripturis copiosius noueris redundare. Sensum igitur quārē

PHO. ARR. ET ATHA. 23  
quāre. Vnde huius vocabuli natura traxit originem, & cum sensum inuenieris, nomen te pariter inuenisse non dubites. Athanasius dixit. Quantiscunq[ue]; cum eo ratiōibus agas, nullatenus potest ab hac intentione reuocari. Nouis enim certissime quia si ad hoc (remota huius nominis intentione)descensum fuerit, vt ex consequentia scripturarū vnam patris esse substantiam & filij, quod est ὥμεσον doceat, facillimē se superari posse sciat, & ideo diffidentię & timoris periculo actus nudi sermonis flagitat documentum. Sed suis est iterum professionibus constringendus. Exigis à me, vt vnam patris & filij substantiam, id est, homousion scriptum ostendam, tu autem tres vrias, id est, tres substantias confiteris. Ostende igitur mihi vbi legisti tres vrias. Si ego enim vnam, hoc est homousion, ideo negare debeo, quia hoc vbi sit scriptum, non inuenio, tu quemadmodū audes tres vrias profiteri, cum hoc scriptum nusquam poteris demonstrare? Probus iudex dixit: Si extat aliquod ex diuinis auctoritatibus documentum propriè & specialiter possum, quo approbetur patris & filij & spiritus sancti tres vrias, tresq[ue]; vt fateris esse nature, proferatur, quo possit Athanasius à confessio-

## DISPV. INTER SAB.

fessione vnius substantiæ, quod est homousion declinare. Cum enim trius ion pro priè in scripturis positum ostéderis, apparebit Athanasium temeritate pertinacissime obstinationis in opus & confessione hactenus perdurare, quod propriè positum ne quiuierit demonstrare. Si vero ne tu ipse tres vñias demonstrare valueris, pari mihi conditionis necessitate obstrictus esse videberis. Athanasius dixit: Doceat tres vñias propriè positas, & facio vnius substantiæ quod homousion, cessionem. Arrius dixit: Si tres sunt pater & filius & spiritus sanctus, necessariò tres sunt substantiæ, in qua vnaqueque persona separatim & distinctius propriè subsistere cognoscatur. Athanasius dixit: Hic nulla prosunt argumenta, hic veritas ex consequenti ratione colligitur, testimoniorum proprietas flagitatur. Lege specialiter trius ion positum, & noli coniicio dicens. Si tres sunt pater & filius & spiritus sanctus necessariò tres sunt & substantiæ, quod & ego simili cōiectura possum veracius opinari. Si vnum sunt pater & filius, quia ipse dicit, ego & pater vnu sumus: quomodo non est vna substantia? Sed hanc disputationis viam ingredi nolui-

stii.

## PHO. ARR. ET ATHA. 24

sti penitus, dum à me specialiter positum homousion demonstrandum exigeres testimonium. Simili ergo & tu ratione tres vñias specialiter & proprie positas\* lege. Si enim ideo negare debo homousion, qui hoc scriptum\* non ostendo, necessario trius ion tūc fateri debo, si proprie posatum te demonstrante cognouero. Arrius dixit. Subsistit proprie pater an non? Athanasius dixit. Nisi mihi tres vñias proprie positas legaris, nullum tuis interrogationibus dabo responsum. Quis enim non videat, quo tua tendat obiectio? Vis enim arguento callide interrogationis diuersas approbare patris & filij substantias, sed argumentis hic non est opus, vbi manifestiore proprietatis testimonio, trium substantiarum exigitur documentum. Sed si à proprietate testimoniorum ad rerum consequentiā transire desideras, hoc ipsum publicæ conscientiæ innotescat, non te potuisse tres vñias proprie positas demonstrare, & cum nos\* vtrique hoc articulo soluerimus, objectionibus vel interrogationibus tuis satisfaciām necesse est. Probus iudex dixit. Quantum vestræ disputationis intentio monstrat, nec tu ho-

*Al. doce,  
al. nude  
demonstrate  
non male.*

*Al. Et cum  
utrumq; hoc  
articulo sol-  
ueris.*

## DISPV. INTER SAB.

homousyon, nec iste triusione propriè & spēcialiter positum valetis ostendere. Vnde ne puerili concertatiōe in superfluis rebus diutius immoremīni, ab hac puri exactione documenti, tandem vterque definite, & consequenti ratione, aut homousyon, aut triusione de scripturarum auctoritate colligite. Non enim fas erit de nominis appellatiōe dubitare, quā testimoniorū copiosa congestio firmius poterit roborare. Arrius dixit. Quoniam hoc tua decreuit sententia debere nos

*alex.* rationum persuasionibus\* & rerum consequētium causis prēdictorum nominum virtutes colligere, ne id Athanasio videatur dif-

*al. nudi.* ficultate demonstrandę veritatis\* inde me vocabuli proprietatis documenta quēfisse, ita faciam vt tui est decreti sententia promulgatum. Ego enim compendio magis vti volebam, ne longius rationis intentio euagata, ambiguis sensibus veritatem obūbret. Athanasius dixit. Non potest fides venire in dubium, quae est veritatis fulta prēsidio. Crassiora mendaciorum nubila, fulgidę veritatis lumina dissipant. Non enim potest proprijs trinsecus. carere viribus, qui nō\*exiget intrinsecus sūf

*al. Item die* fragiorum adminiculis adiuuari.\* Alia nā sequenti, que die. Probus iudex dixit. Quoniam vos initi

## PHQ. ARR. ET ATHA. 25

initialē cōfēderis pacta indeclinabili sententia ser Fortē hic ini- uare non dubito, quibus id vobis inuicem cipit alter li- consensisse videmini, vt vnius substātiæ vel ber, nam fel- trium substātiarum profēsionem ex diui- bros scripsi- narum consequētia literarum, luculento se commemo- rat.

disputationis examine comprobetis, omissa scilicet quēstione documentorum puri vocabuli, atq; propriè positi\* existentis, id iam for. exigit id nunc ipsius placiti ratio poscit, vt cuncta hu iam nunc & manū argumentationis cauillatione remota, de sacris diuinarum authōritatum voluminibus, patris & filij & spiritu sancti, aut vnam aut diuersas doceatis esse substātias. Ad quam rei probationem, non tantum vt opinor mea, sed cūctorum pene mortalium mens ita est pendula expectatione suspen- sa, vt si tanti negotij merita\* panderentur, si *al. patentes.* vnius diei comperendinatione, vel alicu *al. nullius.* ius momēti intercapedine ad summā verita- tis, atq; calcē manifestissimę\* ratiōis desyde *al. notionis.* ret peruenire. Vnde ne tam religiosa fidelū & veritatis cupida frustretur intentio, omni lenocinio luxuriosę orationis exploso, de re, de causa, de competentibus, de necessarijs agite rebus, omnem (vt dixi) verborum ambitum, & procul à causa vagantes locutio- num phaleras, leporemque sermonum cau-

## DISPV. INTER SAB.

tius euitantes, vt disputatiōis vestrē narrātio, veritate magis quām \* cothurno tumen-  
*to mēris orne tis adorneatur eloquij.* Athanasius dixit. Quā  
*sur eloquio.* uis iamdudum crebrō ac sēpius de vnitate  
 substantię citra acta disputauerim, measq̄e  
 disputationes scripto mandauerim, quibus  
 à me in hac disputatione aliquid amplius ad  
 di non possit, tamen quia hæc extrinsecus  
 nullo eminus aduersante dicta sunt, necesse  
 habeo hæc eadem repeterē, & in hoc publi-  
*Al. compre-* cæ actionis examine\* mittere, quò possint  
 bare tui iudicij sententia roborari. Probus iudex  
 dixit. Si non fuerit Arrij replicationibus te-  
 nuata, tunc nostra poterit firmari sententia.  
 Arrius dixit: vt quid hę fraudium tendiculę  
*Al. primordio* proponūtur. Vt quid in \* primocinio nefan-  
*Al. prouocat,* dę assertionis, iudicis sentētia \* p̄eoptatur.  
 Agamus primum quod nobis agendū necel-  
 sitas demonstrandę veritatis imponit. Incul-  
 ceſ humano auditui fidei nostrę pfessio, p-  
 cipient iudicia, quibus modis, quibusq; ra-  
 tionibus, quibus deniq; documentis nostra  
 assertio subijciaſ, & tunc demū promulgatio-  
 nem sentētia, q; ex nostro vtiq; nequaq; pen-  
 det arbitrio, de iudice postulabimus. Probus  
 iudex dixit. Pr̄fatiōis meę nup in hoc actio-  
 nis principio habite, & sponsionis vestrę du-  
 dum

## PHO. ARR. ET ATHA. 26

dū pr̄teritis gestis insertę meminisse opor-  
 ret quibus id peroratum est, omissis super-  
 fluis ad arcem negotij debere descēdi: quod  
 debetis \* tandem factitate . Arrius dixit: *Al. tandem ali-*  
 doceat patrem & filium & spiritum sanctū quando acti-  
 vnius esse substantię, vnius potestatis, vni-  
 us dignitatis, vnius glorię, vnius maiestati-  
 sis, vnius virtutis atq; honoris, quod satis im-  
 prouida & nimis incauta pfessione solet po-  
 pulus\* actitare. Athanasius dixit. Profiteris fi-  
 liū verè de patre natum an non? Arrius dixit.  
 profiteris ipſe patrem alicuius deriuationis,  
 vel diuisionis vitio subiacere non posse, an  
 non? Athanasius dixit: Valde profiteor. Ar-  
 rius dixit. Et ego quoque profiteor filiū ex  
 patre natum esse. Athanasius dixit. Id esse  
 arbitraris natum ex patre, \* quod esse iam *Al. quod etiam*  
 natum de patre? Arrius dixit: Sufficit tibi,  
 quod ex patre dixerim natum, quod etiam  
 facillimē scriptū ostendo. Quid callidis vte-  
 ris argumentis? Ceterū de patre natū nusquam  
 mihi interī ad pr̄sens scriptū occurrere po-  
 tuit. Ex patre vero, scriptū esse recolo, Ioāne  
 apostolo dicēte: Qui diligit patrē, diligit eū  
 qui natus est\* ex patre. Athanasius dixit. Er-  
 go nihil interesse putas vtrum ex ipso vel  
 de ipso natus dicatur. Arrius dixit.

## DISPV. INTER SAB.

*Al. valueris.*

Si mihi demōstrare \* volueris, p̄priè positiū, filium de patre natum, tunc quid inde debeam sentire existimabo, verum quia in pluribus exemplaribus variè positum esse nō necio, vt ijsdem locis quibus ex ipso legitur, in alijs codicibus de ipso legatur, sed vtrum

*Al. huius.*

hoc interpolantium fraude, an \* vnius rei si gnificatione, id est, vt hoc sit ex ipso, quod est etiam de ipso, factum sit, non satis video, nec hoc nostræ fidei aliquod potest adferre præiudiciū. Athanasius dixit: In hac tua pro

*Al. diligenti*

*admodum cu-*

*ra expoita*

*rationem ad-*

*verti.*

tæ ratione aduerti. Sed quod tantum nostræ dixeris, & non vtrorumq; designaueris fidei posse præiudicium in his verbis afferri,

*Al. quia deus*

*spiritus est.*

satis miratus sum : & arbitror quod fidem tuam munire festinans ista posueris, sperans me exinde leuiter sine aliquo documento posse transire. In euangelio quoq; de patre filius dicit: Spiritus est Deus. Et vt se de patre natum esse ostenderet, ait: Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est de

spiritu, spiritus est. \* Et ego de deo patre exi- ui. Ecce filium de patre natum, ipso filio di- cente ostendi. Arrius dixit: Satis callidis vte- ris disputationibus & suspicioſis, quò dicas quod ad fidei meę munitionē hoc dixerim.

Sed

## PHO. ARR. ET ATHA. 27

Sed vt de sensibus tuis omnis suspiciois am biguitas auferat, vt superius fassus sum vtro rumq; fidei, siue ex ipso siue de ipso natus di catur, nullum potest in aliquo adferre præiudicium. Athanasius dixit. Generans\* pater *Al. Deus p-* ex se ipso filium, hoc genuit quod est ipse, ter an aliud aliqd? Arrius dixit: Hoc vtiq; quod ipse est, genuit, quia Deus genuit deum, lux lucem genuit, perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem genuit. Athanasius dixit: Ergo non extrinsecus, neque ex nihilo, neque ex aliqua præcedente aut sub sequente materia, sed ex seipso genuit, & nō aliud, quam \* quod ipse est genuit. Alius ali um genuit dixit Arrius. Athanasius dixit. Et nos confitemur quia alius alium genuit. Sed si de seipso, id est, de eo quod ipse est ge- nuerit, quia alterius substantiæ vel diuersi ge- neris filius esse non \* poterit, ac sic vnius, e- iusdemq; cum patre substantiæ erit. Arrius dixit: Si noskes in quantos errores perfidię, vnius substantiæ professio vergat, nūquam profecto inter patrem & filium huius nomi nis faceres mentionem: nec disputationem tuam quibusdam interrogatiōum gradibus incisam, tali conclusiſſes articulo, vt ad hūc *Al. nō potest.* *Al. impie.* *cam* \* improprię professionis deduceret fi-

D 3 nem.

## DISP V. INTER SAB.

*al. rerum.*

nem. Athanasius dixit. Quod sit impium atque sacrilegum, diuersas patris & filij & spiritus sancti substantias profiteri, & quod ipsum ac religiosum, vnius eos substantiae credere, scias me Arri ignorare non posse, & hoc non humana opinione collectum nec coniecuris atq; argumentis inuentum, sed celestis doctrinæ magisterio traditum demonstrabo. Probus iudex dixit. Prius mihi vim qualitatemque sermonis assignate & tunc demum poterit demonstrari, vtrum patri filioque conueniat. Athanasius dixit: Substantia quidem duobus appellatum generibus distinguitur, & est quidem vnius generis qualitas, hæc quædam existentis naturæ essentiam indicet. Aliud vero est substantia genus, quo ille qui quid habet ab his, qui non habent dirimatur. Et ut planius fiat quod dico: manifestiori vtor expositione. Verbi gratia: Homo generis sui ac naturæ substantia est. Rursus si quid illud est, quod extrinsecus, id est, in materia auri vel argenti aliarumque specierum possidet, substantia eius dicitur, & cum eiusdem vocabuli vna videatur appellatio, duas tamen res significare videatur. Sed nos de illo substantia genere di-

spu-

PHO. ARR. ET ATHA: 28

sputamus, quo vnaquæque natura ob id quod est vel subsistit, substantia nuncupatur, & quicquid ex se, id est, de se ipsa genuit, non aliud esse potest, quam id quod ipsa est. Denique homo pater generans filium, sui generis, id est, suæ substantiæ hominem generat, quia homo hominem generat, & restè vnius substantiæ esse dicuntur, quia veritas nativitatis substantiarum diuersitatem non recipit. Diuersitas autem est substantiæ, ut exempli gratia dixerim, si homo pecudem gignat, vel si cuiuslibet generis pecus alterius à se generis pecudem generet, id est, si bos generet asinum, vel si ovis gignat capram. Quæ quoniam in diuersitate generis pergit, mōstruosa generatio erit, suæ naturæ proprietatē minimè seruās. Rursum in elementorū qualitatibus, q̄ sit substantiarum diuersitas vel proprietas opere preciū est aduertere, verbi gratia: vnius cuiusq; ignis vel luminis natura, id ex se quod est ipsa, ministrare videtur, ut lux fulgorem, ignis incendium, & in hoc officij sui genere subsistēs, substantiæ suæ intemerata videtur seruare naturam. Sin autem lux ex se tenebras gignat, mutationi obnoxia erit, alicuius à se generis materiam tribuens, quia ia hoc

D 4

im-

## DISP V. INTER SAB.

*Alijs que.* immutabilitatis suæ illibatam poterit seruare substantiam, si id quod ipsa est ministret ex se. Cæterum si vt dixi id, quod ex se tribuit, aliud erit, quæcumque ipsum quod tribuit, tunc alterius substantiæ dici poterit, quod omnino naturarum omnium qualitas vel ordo vel ratio non admittit. Age nunc iam si videtur de terrenis, ac visibilibus in superiora mœtis oculum erigamus, & ex his quæ facta sunt, infectæ virtutis substatiæ cognoscamus, apostolicæ auctoritatis edocendi magisterio, quo dicit inuisibilem diuinitatis virtutem ex his, quæ facta sunt debere intel-

*Rom. i.* ligi. Dicit ergo Arrius, filium ex patre natum esse, & Deum Deum genuisse, lucem lucem, in qua professione vnum erit è duobus proculdubio retinendum. Aut enim ex seipso generans, id quod ipse est genuit, & ob hoc filius cum patre vnius substantiæ erit. Aut si alterius à se generis Deum genuit, vera natus dicitur, quæ proprietatem substantiæ generantis seruare non potuit, & eo disputationis ratio deducitur, vt aut omni-

*A. degenerata* no natus nō sit, aut\* degeneratus sit, quod tuis. vtrunq; fateri absurdum & impium esse videbitur. Probus iudex dixit: Si quid sibi contra hæc Arrius competere nouit, edicere nō more-

## PHO. ARR. ET ATHA. · 29

moretur. Arrius dixit. Simplicis ac immutabilis naturæ Deum esse, reor Athanasium nō ignorare. Qui si vt idem afferuit, de sua substantia generauit, mutabilis proculdubio erit, ne cesset enim ex seipso quod ipsa est generando, aut partem substantiæ per derivationis generationem perdidisse, aut divisionis vitium perpeti potuisse. Ego enim Dei patris substantiam, neque ex se aliquid edidisse, neque in partium qualitates derivationem fuisse, neque accessionis aut detractionis, vel aliquod huiusmodi, quod sit passio obnoxium sensisse vel sentire potuisse cōfiteor. Athanasius dixit: sed neque nos hijs passionum conditionibus diuinam creditus subiacere naturam, sed in hijs impassibilem patrem, impassibiliter ex seipso, id est, de eo quod ipse est, filium genuisse fideliter cōfitemur. Nec nos divisionum vel derivationum aut partium cunctarumque rerum passionis genera, quæ inani sollicitudinis timore actus obiciere voluisti à professionis veritate deflectunt, vt negemus Deum ex seipso ob hoc generare non potuisse, ne videatur his passionibus subiacere. Quid igitur religiosus, quidvæ sanctius, ac diuinitati congruentius, obsecro vos ô auditores\* iudicium æqua lan-

*Al. iudicij.*

## DISPV. INTER SAB.

lance pensate. Erigitate mentis oculos, & terrificum futuri examinis diem metuētes, quid magis Catholicæ atq; Apostolicę congruat veritati: religiosa mentis intentione perspicite, vtrum fateri omnipotentem Deum impossibiliter ex seipso filium generasse, an illud potius opinari, ne passionis vicio subiaceret, ex se id est, ex substantia sua filium generare non potuisse. Ego enim id aстро, id clarissima vocis professione assevero, quod sicut Deus impassibilis, ita & omnipotēs est. credo id potuisse de sua substātia generare, nec tñ alicuius passionis vitio subiectū fuisse, quoniam diuisio, deriuatio, cōtractio, accessio, fluxus vel si qua huiusmodi poslunt esse genera passionum, corporeis & contrestabiliibus, atq; ex diuersitate cōpositis cōueniunt rebus. Neus vero qui nullis corporeis

*al. Schematū.* \* stigmatum circumscribitur signis, nec aliquibus distinguitur membrorum liniamentis, vicio subiacere non potest passionis, & re Etē in eo generationem profiteor, quia genuit. Et recte impassibilem nihilominus cōfiteor, quia passibilis nunquam fuit. Arrius dixit. Num igitur quia in Deo omnipotētia denegari non potest, idcirco ea cum perpeti posse fatendum est, quæ omni-

no

## PHO. ARR. ET ATHA. 30

no incorrupta eius diuinitatis substantia nō recipit. Vnde valde in honestum & satis impietate plenum videbitur, vt per vnius professionem substantiæ nec patrem proprie subsistere, nec filium in sua proprietate existere credamus. Illuc enim\* perfidie eius pergit intentio vt permixtis, & ibi vni- pfidiæ huius atque confusis patris & filij personis, in sua vt dixi, proprietatis singularitate minime subsistere valeant. Illud enim etiam nimis horrendum, & procul à fidelium mentibus remouendum, in hac tuæ professio- fufis patris et nis perfidia continetur, inuiolabilem pa- filij personis trem de sua substantia generando, corruptionis ac diuisionis vitium declinare potuisse minime. Athanasius dixit: veritate in sua ut diuina generationis, velut nodis insolubilibus arctius obligatus, per (nescio quæ) leat. infandæ intentionis molimina, quibus diuinam certum est carere naturam, euadēdi suffugium queritans, corruptiōem incorrupto, passionem impassibili, impotentia obijcis omnipotēti, & hoc crebrō ac s̄epius repetens, nulla te diuina maiestatis reverentia tam nefandis obiectiōibus arcere (quantū video) potest, sed sine ullo pudoris intuitu,

in

## DISPV. INTER SAB.

in iniuriam veneradę filij nativitatis obuius  
 properare contendis. Sed te effrenatus euā  
 gantem & velut vndosi & quoris gurgite, na-  
 turali quadam licetia \* fluitantem diuinę au-  
 Al. fluctuan tem. toritatis testimonia coēcebunt, & intra  
 certos diuinę professionis limites coarctatū  
 legalium constitutionum metas egredi non  
 Al. sustinebat. \* sinebūt. Inculcat igitur humanis sensibus,  
 sacro illo professionis suę oraculo diuina  
 maiestas, quo se filium de occultis substanti-  
 aę suę arcanis ineffabiliter genuisse testatur  
 & dicit: Ex vtero ante Luciferum genui te.  
 Vnū est ergo in hac diuinę professionis con-  
 testatione retinendum. Aut enim de sua in-  
 effabili substantia filium incorruptibiliter  
 genuit, aut ne corruperetur omnino non ge-  
 nuit. Sed ego hanc integrę fidei partem eli-  
 go, quę me religiosius cōtestanti de se Deo  
 suadet famulari, nec me vlla humanę passio-  
 nis obstacula, ex infidelitatis sacrilegio de-  
 scendentia poterunt reuocare, vt meritò nō  
 credam Deum generare potuisse, ne huma-  
 nę consuetudinis more corruptioni subiacere  
 potuerit, cùm hoc mihi satis esse nō du-  
 bitem profitendum, de Dei substantia natū-  
 Al. quem. esle \* quod constat de patris vtero processi-  
 fe. Arrius dixit. Quantum tuę prosecutio-  
 nis

PHO. ARR. ET ATHA. 31  
 nis intentio monstrat, compositum nobis  
 & corruptioni obnoxium vis introducere  
 Deum, qui etiam in eo corporalem vteri  
 appellationem accipere non metuis. Neces-  
 se ergo erit, vt aut membris compositus sit,  
 si vterum habet, aut corruptioni (vt dixi) ob-  
 noxius, si de substantia sua generauit. Atha-  
 nasius dixit: Recte me id sensisse argueres, si  
 ego Deum vterum habere, propria temerita-  
 tis presumptione sine vlo diuinę legis testi-  
 monio affirmasse. At cum ipse Deus ad re-  
 fellendam credere nolētium insaniam, hoc  
 de seipso pronunciare dignatus, quo euidē-  
 tius per vteri nuncupationem, non extrinse-  
 cus, non aliunde, sed de seipso, id est, de sua  
 substantia filium generaſle doceret, cur mihi  
 vitiosę credulitatis notas infigis, cum hoc  
 potius Deo dicere possis? Si habes vterum,  
 compositus eris. Si de teipso genuisti, corru-  
 ptioni obnoxius eris. Nam ita in Deo vterus  
 sine aliqua membrorum compositione acci-  
 pitur, sicut oculi & aures, & manus & pedes,  
 sine vllis distinctionum liniamentis inesse  
 referuntur. Sicut ergo oculos, quia omnia  
 videt, aures quia omnia audit, manus quia  
 cuncta operatur, pedes quia vbiq; est, ita  
 vterum, quia de seipso ineffabiliter genuit,  
 acci-

## DISPV. INTER SAB.

accipere debes. Nec te oportet infideliter opinari, quia si de se ipso genuit, corruptiique non potuit, quem & omnipotentem & incorruptibilem generare potuit, ne hac ipsa generatione corrupti potuerit, fideliter conuenit confiteri. Nam si mirabiliter ex virginine contra rerum naturam incorruptibiliter creditur natus, quanto magis ex patre credendus est incorruptibiliter genitus. Si enim substantialis natura virginis, quæ ex ipsa vtique corruptibilis naturæ conditione, passioni & corruptioni potuit subiacere intemperata pudoris integritate, & infraactis vaginalibus claustris mirabilis incorruptionis integritate filium generauit, cur non magis ( vt dixi ) incorruptibilem Deum, genito ex se incorruptibiliter filio, corrupti non potuisse credamus, & nouum atque infandum opinionis monstruosæ damnabili metu fateri virginem partu non posse corrupti, & formidare Deum, ne corruptionis vicio subiaceret, si de sua substantia generare potuisset? Volente igitur Deo, corruptibilis naturæ virgo, sine ullo corrup-

ptio

## PHO. ARR. ET ATHA. 32

ptionis vicio generauit & ipse qui \* incorporaliter cunctis naturis incorruptibilior permanet, hoc sibi praestare non potuit, vt de sua substantia filium incorruptibiliter generare potuerit? Ergo quia Deum de se ipso \* generasse, & diuinorum scripturarum testantur eloquia, & in sua id Arrius superiore prosecutione faslus est, iudica virorum optime probe, quis magis cum diuinis conueniat scripturis, vtrum ne ego, qui ob hoc vnius substantiae filium cum patre esse profiteor, quod videlicet ex ipso, & non aliunde dignoscitur natus, & ob hoc rursum incorruptibiliter genuisse profiteor, quia excellensissima diuinæ Maiestatis substantia per sui ineffabilem potentiam corruptioni subiace non potest, an iste qui in tanto anticipitis intelligentiæ discrimine positus est, vt quod fidei suæ pedem referat nesciat, nolens enim confiteri Deum de sua substantia incorruptibiliter genuisse, in eam confessionis necessitatem attrahitur, vt neget omnibus modis genuisse, sed hoc ipsum negare, obuiantibus vindicative & clara vociferatione exclamantibus

*al incomparabiliter.*

*al filium.*

## DISPV. INTER SAB.

tibus, siue propheticis, siue Apostolicis vocibus nunquam sine dubio poterit. Probus iudex dixit. Quicquid in hac prosecutionum vestiarum assertione cognoscere potui, vltima examinis nostri sententia retinebit. Nūc vero si qua vobis adhuc de diuinis scripturis fidei vestre congruentia superesse putatis, proferre dignemini, quod facillimè queamus processu disputationis, quid veri ratio contineat indagare. Arrius dixit. Quod tam breibus & exiguis questionibus omni illa disputationis meę narratione vsus sum, christiani pudoris ac verecundiae fuit, vt disputationis nostrae trames leuibus inchoaretur initij. Sed quia video Athanasium perspicue veritatis robustissimam firmitatem qui busdam arietantium questionum impulsoribus quatere, acrius contra eum & validius opinor dimicandum. Dicit ergo patrem & filium vniuersus esse substantiae, sed illa intemeraata ineffabilisq; essentia, quæ pater est, nec redundans vñquam in se ipsa fuit, vt merito quasi exuberatione quadam sine damno sui in eadem substantia genererit filiu, cum eius essentiae quæ alijs omnibus infinita atq; immensia sit & incorporea, nihil possit esse exuberans. Siquidem determinatorum sit exuberaria-

PHO. ARR. ET ATHA. 33  
 berare, quod est \* inquit quasi extra se flueret. Deus autem qui vniuersa complectitur, nihilq; extra se habet, aut quo diffluere potest, aut infinitus quo poterit redūdere. Dū \* diffluere eorum est, qui accipiunt incremēta. Quod si accepit aliquando, necesse est vt semper accipiat, & nihilo minus pari exuberatione semper & generet. Sin autem incrementa non accepit, quod ipsi etiam fatemur, nec fluit, nec redundat quod tale cum pater esse dicatur, cum filium genuit ex se, substantiam suam vtiq; diuinit in filium, & paternam tantummodo ante substantiam, pro rata parte secretam à se, ac resectam, filium nominauit, tantumq; sibi detraxit pater, quantum in filium contulit. Quo tamen ipsum quicquid est filius, aut hodie caret pater, & perfectus non est, aut eo si non indiget, quasi superfluo abundauit. Quod vtrumque in Deum non cadit, cum & in hoc ipso quidem patris & filij nomen esse non posse, vbi non habita generatio est, sed potius facta discussio, tum q; necesse est, omne quod diuidi potest, posse corrupti, quæ si vt manifestatum est, in deo esse non possunt, cur non potius voluntatis & charitatis esse filium confitemur? Quæ quidem voluntas, nec in

E homi-

## DISPV. INTER SAB.

hominibus quidem nisi libera est, ne dū in  
 deo aliqua lege teneatur. Qui si non est fili-  
 us voluntatis, supereft ut coactus Deus qua-  
 si aliqua lege naturę filium edidisse videatur.  
 In qua quidem generatione, si id genitū est,  
 quod erat pater, quædā patris pars filius no-  
 minatur, incertūq; est quid pater, qd filius  
 debeat nominari, cum in duas partes & quæ  
 sit diuisa substantia. Illud vero quòd quasi  
 ad proprietatem naturalis substantiæ demō-  
 strandam, paternum oraculi testimonium  
 protulit, ut merito patrem ex eo, quod ipse  
 est filium genuisse credamus quia dixit. Ex  
 vtero ante luciferum genui te, quām id ab-  
 surdum, quāmq; ineptum sit apertissimè de-  
 monstrabo. Siquidem non solum aliquanta  
 in ordine rariorabilium creaturarum consi-  
 stentia, sed & in sensibili elementorum qua-  
 litate subsistentia, de Dei legimus vtero pro-  
 cessisse. Ait enim. Quis est pluuiæ pater, vel  
de cuius vtero procedit nix. Nū igitur quia  
 hæc rigidis & torpidi elementi qualitas di-  
 uino legitur vtero procedere, idcirco vnius  
 eiusdemque cum Deo creditur esse substan-  
 tiæ? Aut quia rursus homines Deum legimus  
 genuisse, ut ipse ait, filios genui & exalta-  
 ui. Et iterum. Filius meus primogenitus

Israël

PHO. ARR. ET ATHA. 34  
 Israël est, Ac rursus. Omnis qui natus est ex  
 deo nō peccat, idcirco rectius opinabimur,  
 homines cū Deo vnius esse substantiæ? Aut  
 qd idē apostolus totius creature vniuersita-  
 tē, generali pronūciatiōe cōprehendens, ex  
 deo asserit esse dicēs. Qm̄ ex ipso, & p ipsum  
 & in ipso sunt omnia, ob hoc prudentius cō-  
 ijiciem⁹ vniuersitatē creaturę, hoc esse quod  
 Deus est, aut vnius cum eo esse substantiæ,  
 quod videlicet eo legit̄ substituisse? Sic ergo  
 & filiū, cum dei patris vtero processisse fa-  
 temur, nō ad iudicium vnius nature, sed ad  
 inuestigabiliiū secretorum arcana dictū esse  
 competenter debemus accipere. Athanasius  
 dixit, In ludis theatricalibus sicut qui figura-  
 rum varietate mutantur, diuersi quidem at-  
 que alij apparent oculis intuentium. Nam  
 idem ipse, qui aptatae imaginis specie rigi-  
 dus quōdam incesserat, iterum vultu in hoc  
 ipsum aptato, alterius membrorum moti-  
 bus ludens, in mollitiem resoluitur fœmi-  
 narum. Ita nunc videtur mihi Arrius quæ-  
 stiōum imaginibus immutatus, velut diuer-  
 sa coniūciēs, similitudinis varietate formari.  
 Nam hoc quod dudum cōptis & breuissimis  
 disputationum obiectionibus intentauerat,  
 sub alterius prætextu imaginis, iterum ac se

E a plus

## DISPV. INTER SAB.

pius repetens à proprietate quæstionis illæ  
tæ omnimodis non recessit. Neq; enim quia  
nunc latius & diffusius perplexa verborum  
ambage, seriem propositionis extédit, ideo  
aliud egiſe videndus est, quām quòd supe-  
rius conuincitur actitasse? Dixit em̄ ob hoc  
patrem & filium vnius non posse esse substâ-  
tię, quòd eadem paterna substantia, nec exu-  
beratione amplissimæ deriuatiōis in augmē-  
ti copiam effluere possit, vt pote quæ nul-  
Al. aucta.  
lis metarum terminis \*acta, finalibus queat  
modis arceri, quoniam eius est exuberatio-  
nis copia redundare, quę certo (vt diximus)  
concluditur fine, nec rursus velut integrum,  
& intemeratam portionis defectionem ali-  
quam protulisse, sed hæc omnia passionis  
genera, diuinę nature, non conuenientia, iā  
superius calumniosius magis quām verius  
cognoscitur intentasse. Quibus religioso-  
nos fidei intellectu competenter constat de  
disce responsum. Neque enim exuberatio-  
nen substantiæ redundantius filium dici-  
mus, neq; rursus defectiæ naturæ portiuncu-  
lam nominamus, sed perfectum patrem, per-  
fectum filium, nō ex ijs, quę in eo superfluis  
exuberationibus redundabant, (quod dictu-  
nefas est,) sed ex seipso, id est ex eo quod  
ipſe

PHO. ARR. ET ATHA. 35

ipſe est, impaſſibiliter, indiuſibiliter,\* in-  
Al. incorru-  
ptibiliter.  
corporaliter, sine diminutiōe, sine diſciſſio-  
ne, sine adſluentis copię redundantione, sine  
vlo omnino paſſiōis genere, ieffabiliter cre-  
dimus natum. Et, idcirco vnius fatemur esse  
ſubſtantię, quia non aliunde, non ex nihilo,  
non ex ſubiacentibus vel precedentibus ma-  
teriarum qualitatibus, ſed propriè deum de  
deo, lumen de lumine, virtutem de virtute,  
ſapientiam de ſapientia fideliter extitiffe fa-  
temur. Nam ſi alterius ac\* diuiſe ſubſtantię (vt Al. diuerſe.  
Arrius arbitratur) filius eſlet, non diceret. Si-  
cut habet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit  
& filio vitam habere in ſemetipſo. Et iterum  
ſicut pater nouit me, & ego noui patrē. Quid  
est ergo, ſicut habet pater vitam in ſemeti-  
pſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſe-  
metipſo, niſi ſicuti eſt pater, ita eſt & filius.  
Et ſi idem habent eſſe, vnius ſunt procul du-  
bio ſubſtantię. Neque enim aliud eſt eſſe pa-  
tris, & aliud viuere, ſed hoc eſt viuere, quod  
eſt & eſſe, id eſt, non aliud eſt pater ipſe, &  
aliud vita eius, ſed vita eſſentia, & eſſentia vi-  
ta. Alioquin compositus videbitur ex di-  
uersitate ſubſiftens, ſi aliud ipſe, aliud vita  
eius ſignificare videtur. Quia ergo appetet,  
vita patris hoc eſſe quod ipſe eſt, ſicut habet

## DISPV. INTER SAB.

vitam in se, sic dedit filio habere vitā, id est, sic est esse filij, sicut esse patris. Nō dubiū est patrem & filium vnius essētię atq; vnius esse naturę. Nā & quod ait. Sicut nouit me pater, & ego noui patrē, vnitatem proculdubio voluit indicare substatię, quia secundū superiores disputatiōis intelligentiā, nō aliud est nos se patris, & aliud esse . Hoc ipsum em̄ q̄ est nouit, & quod nouit est, quia non aliter nouit, & aliter est. Et q̄a filius sic nouit patrem, sicut eū pater nouit, notionē vero in Deo, essentiam esse diximus, nō dubiū q̄ sicut est pater, ita est & filius, ac sic diuersitatē essentia nō admittit res, quę vno ac simili modo subsistit. Deniq; vt hanc patris & filij vnitatis substantiā plenius nosceremus, quedā nobis diuinæ scripturæ, rerū visibilium exēpla posuerūt, quibus nos ad inuisibilium intelligentiā religiosius prouocarēt. Nam paterni luminis splendorem, & bonitatis eius imaginē filium posuēre, non quod ad res diuinās metiendas corporalium satisfaciant exēpla specierum. Sed quia inestabilis illa natura ex primi non potuit, quedam ex hijs quę videtur similitudinis proferuntur indicia, vt sicut splendor, & ignis diuersæ non sunt substantiæ, vel sicut imago ab eo, cuius est ima-

go

PHO. ARR. ET ATHA. 36  
go in aliquo differri nō potest, ne fictū aliqd in se & diuersum retinens, pfecta & vera esse nō possit, ita pater & filius non diuersæ, sed vnius credantur esse substatię. Et quia non nulla exēpli gratia, protulit testimonia, quibus adstrueret, ita esse oīa ex Deo, vt non tñ de eius credantur processisse substatiā, interrogo vtrum sic filiū ex patre asserit extitisse, sicut vniuersa ex ipso extitisse narrant. Quid ergo dicis? Sic debemus accipere filium de patris vtero processisse, vel ex patre genitū esse, sicut homines ex Deo natos, vel sicut nix ex eius vtero legit procedere, an longè aliter? Sed quęso vt vnum ē duobus respondreas. i. aut similiter, aut non similiter dicas. Arrius dixit. Non similiter vniuersa ex Deo extiterunt vel genita sunt sicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. Athanasius dixit. si filium longe aliter quam creaturā extitisse fateris, cur in eius nativitatis generatione, rerū factarum exempla protulisti? Hi enim qui disparibus modis proprię originis sumpsere principia, non æquo intelligentię sensu comparari videntur. Quod quia illuc prosecutionis tuę intentio vergit, apparet te Fotini dogmatis, quod dudum repudias, errorem sacrilegum defensare. Nam

E 4 qui

## DISPV. INTER SAB.

qui & ipse cum filium dei de patre genitum abnegaret , atq; talibus testimoniorū documentis coarctaretur, quibus luce clarius demonstratur, filium Dei deum verè & propriè de patris substantia genitum, illuc impietas suę molimina vertit, vt eisdem modis eodemque rationis ordine, filium de patre esse reret natum , sicut homines per adoptionis gratiam, in diuinę generationis prolem legimus consecratos. Quod tu quoq; licet alijs viarum indicij gradiens, tamen ad eundem infidelitatis compitum peruenisti, adserens non ob hoc de illa ineftabili patris substantia, filium natum debere intelligi, quòd ex Deo genitus, vel ex patris vtero legitur processisse: cum ratione consimili nō solum homines ex Deo natos, verum etiam insensibilium elementorum qualitates paterni vteri generatione legātur processisse. Et licet iam totius prosecutionis tuæ narrationem vnius sermonis pronunciatione dissolueris, quo dixisti longè aliter filium quām creaturam diuinitus extitisse. Quia tamen breuitate sermonis obscurius & perplexius prolati intentionem legentium tetris quibusdam nebulis obnubilasti: idcirco nunc ego lucidius & plenius, quæ obscura sunt & veritatē obumbrant,

## PHO. ARR. ET ATHA. 37

brant,\* in manifestationem clarissimæ pro-Al. in lucem  
feram notionis. Ostendam igitur quantum manifestissima  
ad proprietatem diuinæ generationis pertinet, hoc esse ex Deo nasci , quod est de ipso  
ma clarissi-  
mæ; profec-  
rā notionis.  
generari. Et vt manifestioribus diuinarum scripturarum testimonij vtare, euangelicum proferam documētum. Angelus ad Mariam ita loquitur dicens. Spiritus sanctus superue niet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quòd nascetur ex te, sanctū vocabitur filius Dei. Et iterum apostolus. cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Num igitur quia angelus Mariam sic afferatus est, vt non de ipsa, sed ex ipsa gignendum diceret filium, ob hoc in Christo veri hominis nativitatem nequaquam profitemur, aut extrinsecus & non proprie virginali credimus vtero processisse? Cernis igitur te superflue, in diuinæ generationis nativitate visibilium creaturarum exempla protrulisse, cum evidentioribus testimoniorum documentis appareat, id esse ex ipso, quod est etiam de ipso generari. Vnde mirari me fateor, creaturæ cū nomē in filio refugias, & non factum sed verè (sicuti est profitendū) ex patre genitum credas , Fotini quodammodo

## DISPV. INTER SAB.

modo & si non integris, verum tamen similibus prosecutionum sententijs eius fueris impietatis dogmata imitatus. Arrius dixit. Quis potius Fotini sectatur perfidiam, vtr ne ego, qui ea quæ filius ad demonstradā diuinitatis suæ longè inferiorem, & non in omnibus similē naturam locutus est, secundū deitatem suam dictū accipio, an ipse tu qui pene cūcta humanitatis exēpla non fucatis verbis, nec simulata operis efficientia peractis homini reputas? assumpto? nāq; vt non solum alterum verū etiam inferiorem à patre ostēderet, ait. Pater maior me est. Qua professione euidentius declaratur patris & filij diuersas esse substantias. Athanasius dicit.\* Profiteris filium dei neum seruilem nostrī generis formam subiisse an non? Arrius dixit: Quis hoc impius negauerit Christum scilicet neū, ita quoq; verum hominē confitendum? Athanasius dixit. Debemus igitur eorum, quæ christus locutus est aliquanta diuinitati, aliquanta humanitati ascribere, an sine vlo partitionis discrimine vniuersa, aut deo aut homini adsignare? Arrius dixit. Hoc non solum irreligiosum, sed & summe putabatur esse dementiæ, vt omnia eum aut secundum diuinitatē aut secundum humanitatem

*Al. duas in  
Christo profi-  
teris esse natu-  
ras an non?  
arrius dixit  
quis hoc im-  
pius negau-  
rit Christum  
Deum & ho-  
minem confi-  
tendum.*

## PHO. ARR. ET ATHA. 38

tatem locurum fuisse putemus. Athanasius dixit. Si ergo secundum professionis tuæ sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla vero humanitati adscribenda sunt, cur non hoc quod ait, Pater maior me est, humanitati. Et quod ait, Ego & pater vnum sumus, diuinitati reputamus. Nanque vt non ueris secundum quod homo erat, eum dixisse, maior me est, ait. Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Rogo itaque cum filius secundum diuinitatis suæ potentiam vniuersa impletat, nec sic aliquis locus eadem diuinitate vacuus, vtpote qui terram & cœlum atque inferna pari omnipotentia impletat, quomodo ait Vado ad patrem, cum quo & semper erat, & à quo nunquam recesserat? Eius est enim ire & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur vt eum in quo erat deserere locum, ad alium vbi non erat veniat, nisi quia vtique de illo quem adsumperferat homine loquebatur, quod ipse erat iturus ad patrem, à quo & venturus est iudicare viuos & mortuos. Cæterum vbi diuinitas, quæ vt diximus vniuersa impletans, nullis locorum spacijs terminatur, ficut

## DISPV. INTER SAB.

**al. quo.** sicut nihil est vnde discedat, ita nihil est ubi  
veniat. Et hoc modo apparet secundū quod  
homo est, non solum patre, verum etiam an-  
gelis esse minorem. Nam si secundum id  
quod Deus est, eum minorem accipere vo-  
lueris, pari conditionis necessitate, etiam an-  
gelis secundum diuinitatis naturam, mi-  
nor esse videbitur. Denique apostolus ait  
**al. nec non &** \* minorasti eum paulomin⁹ ab angelis. S. nul-  
**p̄ salmogra-** la ergo ratione admittitur vt secundum id  
**phus.** quod Deus est, minor angelis habeatur, ap-  
paret hoc minorationis officium, non Deo  
verbo, sed homini reputandum assumpto.  
Probus iudex dixit. Vt tua in omnibus ful-  
ciatur assertio veritate, conuenit à tuis parti-  
bus, patrem & filium & spiritum sanctum di-  
uinorum testimoniorum lectione, vnius ap-  
probare substātiæ. Athanasius dixit. Quoni-  
am excellentiam tuam perspicio huic rei in-  
stantissimè ac fideliter imminere, vt patrem  
& filium & spiritum sanctum vnius esse sub-  
stantiæ demonstremus, atque filium de pa-  
tris substantia natum, ex diuinis volumini-  
bus approbemus, quanquam omnium pro-  
secutionum mearum sententia, ita se habere  
monstretur, vt sicut hominum vel cuiusli-  
bet animalium genus suæ substātiæ similes  
gignat,

PHO. ARR. ET ATHA. 39

gignat, & nec homo bouem, nec bos homi-  
nē generet, sed ad suā similitudinē, id est, suę  
substātię, vnaquęq; res procreat, mirari vti  
que non debeo, Dcum potuisse de sua sub-  
stantia, filium generare, cui totum posse sub-  
iectum est. Sed vt scripturarum testimonio  
mea oratio percuagetur, aggredior ipsius opi-  
tulatione munitus, filium de patris substāntia  
ineffabiliter natum, diuinis oraculis ap-  
probare, vt dum luculento disputationis tra-  
mite, non ex argumento philosophicę artis  
veniente, sed vt dixi ex diuinis monstraue-  
ro documentis, tunc demum Arrius obmu-  
tescat, cum filium de paterna substāntia ge-  
nitum, legalibus eloquis me docēte cognou-  
erit. Paulus apostolus de filio ad Hebræos  
scribens ait. Cum sit inquit imago inuisibi-  
lis Dei, & figuram substātiæ eius gerens: Ie-  
remias quoq; prudētissimus prophetarum,  
de Dei patris persona concionatur, & dicit,  
Si stetiscent in substāntia mea, & audiscent  
verbum meum, auerterem eos à studijs suis  
pessimis, & vt eum de filio dixisse probaret,  
subiungit idem propheta & dicit. Quis sta-  
bit in substāntia mea, & videbit verbum me-  
um? Verbum enim esse filium, Dauid pro-  
pheta de patris persona protestatur dicens,  
Eructa-

## DISPV. INTER SAB.

*al. multa.* Eructauit cor meum verbū bonum. Ioannes quoq; euangelista sciens apud patrem verbum id est filium à principio apud patrem esse, & à patre verbum nunquam fuisse separatum, in principio euangeli, id est, annuntiatiōis suā posuit dicens. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et iterum alio loco scriptura tradidit dicens. Initium operis verbum. Non quod in creatione verbi, id est, filij creatione cæteras cœpit facere creaturas, sed quia per verbum Dei id est, per filium omnia creata noscuntur. Vnde Dauid propheta canit & dicit. Verbo domini cœli firmati sunt. Et ut spiritū sanctū huius operis sociū esse ostenderet, secutus est dicens. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. \* mira sunt quæ de filio diuinę scripture perhibent testimonia, quod de substantia patris. i. de eo q; ipse est genitus demonstraretur, de qua substantia, nō tantum similis patri filius cōprobatur. Hæc fides quā ch̄rī apostolis tradidit, & ab apostolis ad nos vsq; peruenit, nec possumus eam in aliquo immutare, quā constat nos debere fideliter ab initio vt data est conservare. Probus iudex dixit. Licet congruo disputationis ordine per varia quæstionum diuer-

PHO. ARR. ET ATHA. 40  
diuerticula, orationis vestræ feratur intētio, & velut à proposita rectitudinis linea paullum necessario deuians, in obliquum tortuosum tramitis perget amfractum, ob hoc scilicet a via quæque perlustrans, vt nihil penitus inexploratū, nihil relinquat intactum: tamen quoniam Arrii prosecutio, quam dum arctioribus quæstionum nodis illigauerat, anticipitem hunc dubietatis sensum auditoribus derelinquit, dum em̄ omnia, sed certa quæq; obiectionis capitula Athanasij vident responsebus dissoluta, consequēs mihi esse videtur, ad reliqua eius expediēda, in quibus maxime auditorum hæret intentione, Athanasium debere orationis suæ reflectere cursum. Siquidem illud nobis maiorē hesitationis scrupulum mouet quod idem Arrius dixit, Patrem non naturaliter filium genuisse, ne scilicet naturalibus videatur conditionum necessitatibus subiacere, sed voluntario charitatis affectu ædidisse, quo per hæc in Deo liberę potestatis demonstretur iudicium, atque ita extrinsecus magis & aliunde, quā de se ipso intelligatur generalis, & iure paternæ voluntatis, & charitatis potius quā naturæ filium esse credendum, quem vt dictum est voluntate, & non natu-

## DISPV. INTER SAB.

naturali lege dignoscitur edidisse. Cum ergo hoc vt dixi non nodosæ questionis solutionem , vtrum obliuione an difficultate Athanasium liquet omisisse , nūc si videtur , contra ea , quæ orationem eius , ob sui prolixitatē forsitan effugerunt , responsionis eius intentio dirigatur. Arrius dixit. Bene soler-tissima mentis intentione vtpote vigilatissimus cognitor , cautoribus vteris prouisionibus. Nā mihi è memoria pene elapsum fuerat hoc articulum questionis. Edicat igitur Athanasius quomodo si naturaliter genuit filium pater , naturę necessitatibus non teneatur obstrictus , vbi non voluntas , sed vis naturę copiam præbuit generandi. Necesse est enim ea , quæ naturalibus aguntur motibus , liberum esse non posse , tantoq; pā trem in suę voluntatis affectu minus liberū , quanto & naturę suę iura dominatur. Athanasius dixit. Iftis , quæ Arrius garrulatur tanquā inexpugnabili questione , nihil ineptius , nihil absurdius vñquam poterit inueniri , & ob hoc ea respōsiōe quoq; indignū pulsare crediderim , quādoquidē solet interdū stultiū notā incurtere , quisquis mauult stultissimē dicta refellere. Quia ergo in eadem questione , plurimum sibi opitulationis inesse

con-

PHO. ARR. ET ATHA. 4r  
confidit , quam velut ineuitabile syllogisti-  
cæ artis tendiculum , petulantis satis iactantiæ  
supercilior infligendam putauit , respon-  
deat , vtrum mutabilem dominum , an im-  
mutabilem profitetur. Arrius dixit. Immuta-  
bilem profiteor. Athanasius dixit. Bonum  
igitur eum , sapientem , iustum , omnipoten-  
tem confiteris atque perfectum. Arrius di-  
xit. Etiam. Athanasius dixit. Voluntate im-  
mutabilis , an natura permanet inuertibilis ?  
Arrius dixit. Quid dicas non satis intelligo.  
Probus iudex dixit. Apertū valde est , quod  
inquirit & nullo obscuritatis tegmine obue-  
latur. Interrogat enim , vtrum voluntate deū  
an naturaliter immutabile dicas , id est , hoc  
ipsum quod bonus & sapiens creditur De-  
us , voluntate talis est ac priuilegio veritatis ,  
& quodam iure naturę hijs virtutum affecti-  
bus pollet. Arrius dixit. Nihil horum teme-  
re audeo pronunciare. Probus iudex dixit.  
Delibera igitur , quod debeas poscenti dare  
responsum. Si vtrūq; diffiteris , neutrum te-  
nes. Aut si tacueris , à diuinę professionis pie-  
tate es extorris. Si nullā de Deo religiosæ fi-  
dei opinionem retentas , aut si vnum eligis  
e duobus ne diuina professione vacuus ha-  
bearis , dic vtrum voluntate , an natura Deus

F sit

## DISPV. INTER SAB.

sit immutabilis profitendus. Athanasius dixit. Quibus responsonis astibus tantis coarctatus agitetur, manifestius auditorum sensibus paret, peruides enim se inenodabilibus sciscitationis meæ laqueis irretitum, neque voluntate Deum, neque natura immutabilem voluit profiteri, sed de vtroque industrioſo astu filuit, qui se in vtroque capiendum agnouit. Sed videamus quomodo is, qui sibi arrogantius loquendo prescripsit, consultius reticendo prospexerit. Dixit enim patrem nequaquam natura sed voluntate filium generasse, ne scilicet aliquibus videatur naturæ necessitatibus subiacere. A quo dum quererem obnixius, vtrum voluntate Deum an natura diceret immutabilem, ob id de vtroq; reticuit. Quia si diceret natura immutabilem, omnem suam, quam intentauerat funditus subuerteret quæſtionem, aut certe in eam velut in quoddam altioris præcipitijs barathrum decidisset, necesse sua nos in eum spicula quæſtionis retorque re veri quæque referre. Si natura Deus est immutabilis, nec bonus nec malus sine dubio est profitendus, quia omne quod secundum te, naturalibus fertur motibus, libertatis caret arbitrio, quem finalis naturæ terminus

PHO. ARR. ET ATHA. 42  
minus intra metas conditionis tenet inclusum, eritq; sicut vnum quodlibet elementorum sicut aqua vel terra, q; nihil aliud esse potest quam id quod est, dū neq; melioribus augeri profectibus, neq; in deterius relabi a rectibus naturæ legibus potest. Quia vero deum voluntate potius quam natura asserit profitendum, dum filium voluntate paterni effectus atq; necessitudine, non naturali virtute genitum credit, audiat quam absurdii sensus ratiocinatio istius professiois intelligentiam consequatur. Necesse ergo erit Deum profectu melioris electionis augeri, dum bona rerū electione, perfectarumq; ratione virtutum prosperiori successu tēdit ad summa, esseq; aliquem eo superiorem, cui per bonæ voluntatis effectum placere cōtendat. A quo metuendum est, ne aliquo desciscat, si forsitan eum bonæ voluntatis intentio deserat, quandoquidem necesse est, vt eum qui nullo subsidij naturalis adminiculo fruatur, sinistræ interdum voluntatis affectio interpellat. Hæc quantū irreligiosius deo dicunt, tāto nequius congitanū. Peruides ergo optimè iudicū, summę quodā spietatis instinctu, diuinę iura naturæ, virtutisq; infectæ substantiam rerum factarum naturis voluisse

## DISPV. INTER SAB.

Arrium comparare, ut scilicet ob hoc nō natura pater, sed voluntate filium generauerit, ne causatarū siue rationabilium siue ratione carentium modo naturalibus videatur necessitatibus subiacere. Sed habeat, quisquis talia sentit, opinionis suæ arbitrium, à maiestate laturus pœnale iudicium, tam inepta tam sacrilega iudicando. Nos vero diuinari eruditī magisterio literarum, hanc de Deo, religiosæ opinionis sententiam retinemus, ut non aliud eius voluntatem, aliud credamus esse naturam. Nanq; quod eum sapientem, bonum omnipotentem, perfectumq; fatemur, non tanquam ex diuersitate virtutum subsistente, & distinctæ rei alicuius qualitate compositum adserimus Deū, quia non aliter sapiens, nisi quia omnipotens, nisi quia perfectus habetur, id est, nō aliud in eo est bonitas, aliud sapientia, nō aliud omnipotētia q; quod pfectio, sed omnia hęc in domino uno eodemq; modo habentur, sed singulari modo diffiniri non possunt. Obserua tamen, ne, quia in Deo modo diximus, quibusdam terminis modificatum intelligas, qui suæ virtutis immensitate vniuersa excedit. Sicut enim cum immensum dicimus, nō immoderatum volumus intelligi, vel cum

per-

PHO. ARR. ET ATHA. 43

perfectum prædicamus, non proficiētem inducimus, id est, non per alias virtutum efficientias paulatim experiendo gradiens, ad summa perfectionis fastigia adserimus peruenisse; ita etiam hoc dictum debes accipere. Sed ad propositū redeamus. Ergo Deus, qui Procul dubio simplex, vide quantis vocabulorum nominibus appellamus, sapientem, bonum, omnipotentem, prouidum, atque perfectum. Et hęc quidem ad seipsum. Ad nos vero, misericordē, piūm, iustum atque benignum, nec tamen virtutum multiplici qualitate compositum, quisquam audiabit adserere eum, qui singulare virtutis omnipotentia subsistens, purę ac simplicis naturę creditur esse. Sed hanc vnam eandem que virtutē humanæ conditionis intelligentia, naturalibus imperitiæ obstaculis præpedita, vno explicare sermone non potuit. Et ideo varijs & multiplicibus nominum appellationibus vtitur, vt hinc qualis quātavē sit, diuinæ virtutis natura facilius coniiciat. Quę cū vna sit, eadēq; simplex, vno tñ verbo nō penitus explica. Nā si, verbi gratia, per diuersas diuinæ operationis species percurramus & inquiramus, qua virtute cōuexum tāta sublimitate cœlum extenderit, terramq;

F 3

im-

## DISPV. INTER SAB.

immobili stabilitate fundauerit, atq; & equora per solubiles camporū latices fuderit, qā sapiens, an quia omnipotēs. refertur profecto quia sapiēs & quia oīpotens. Et nunquid diuersitate virtutū cōpositus erit? Nequaq; sed vnius virtutis multe significationū species, quia nō aliud in eo agit sapiētia, aliud omni potētia, aliud pudentia: Deniq; scriptū est, Deus sapientia fundauit terrā, stabiliuuit cōlos prudentia, sensu eius abyssi dissiluerunt. Nū igitur eo vsq; despiemus, vt dicamus q̄ cōlum quidē vna virtute. i. prudentia, terra vero alia. i. sapientia substiterit, alia quoque dei virtute. i. sensu eius abyssi dissiluerint? Sed vide quemadmodum diuina scriptura vt istius absurdē opinionis abdicaret errore, id q̄ per species nominū partita fuerat, in vnam iterum recolligit, & counit appellationis virtutē dicens, Omnia in sapientia fecisti. Et iterū, Omnia hēc manus mea fecit. Vides ergo in Deo cui<sup>r</sup> natura simplex est, siue manu, siue sapiētiā, siue prudentiā, siue sensum non rerum diuersitatem, sed vnam in deitate virtutē. Quod cum ita sit, nullius iam intētatae quæstionis relinquitur locus, qua quæxitur vtrum voluntate Deus pater, an natura filiū generauerit, cum in Deo vt p̄dociimus,

non

PHO. ARR. ET ATHA. 44  
 non aliud sit voluntas, q̄ sapientia, nec aliud sapientia, q̄ natura, quæ virtus etiam appellatur. Et cum hēc omnia ch̄fs sit sicut ait apostolus. Nos autē prædicamus Christum Dei virtutē, & Dei sapientiā. Apparet eum libera naturalis virtutis omnipotentia genitū esse, quoniam natura in Deo, non vt Arrius ridiculē opinatur, necessitatis cōditione putatur, ne & ipse pater, qui naturaliter subsistit, necessitate subsistere videat, sed est liberē potestatis, & nullis vincita necessitatibus virtus, q̄ quia nō aliūde accepit vt esset, idcirco natura dicitur tanquam fons & origo cū eorum. In hac ergo natura filius est, & in hoc originis fonte subsistens processit tanquam ex sapiente sapiētia, ex forti virtus, ex lumine splendor. Quę processio vel nativitas, id est filius id vere virtutis inesse demonstrat, vt & semper in patre fuerit, & editus nunquam à patre recesserit, sicut sapientem sapientia non deserit, sicut fortem sua virtus non relinquit, sicut sese splendor à lumine proprio non secernit. Arrius dixit. Intentate à me quæstionis nodum, nunquam vt mihi videtur vales exoluere. Nam superius vt hoc ita repetam, dixisse me memini, Deum qui vniuersa complectitur, F 4 nihilq;

## DISPV. INTER SAB.

nihilq; extra se habet nunquam, per generationis augmentum defluere posse, & infinitum minimè redundare, aut certe substantiā suam diuisisse in filium, & paternam tātummodo ante substantiam pro rata parte secretam à se ac reſectam filium nominasse, tantumque ſibi detraxiſſe, quantum in filium contuliffe uidetur, ad hāc nullum te cōſtat dediſſe reſponſum. Athanasius dixit. Vide in quantum laberis amentiæ, vt diuinæ natuitatis arcanum, nec ſupernis quidem virtutibus cognitum, philosophicis ratiōibus inueſtigari magis, quām fidei veneratione poſſe confiſci arbitraris, & ſoli filio patriq; & ſpiritui ſancto pro ſui miraculi dignitate ſolummodo cognitum, intra humani ſenſu rationem concludiſſe, & ac ſi vulgatam & nul lius ſecreti rata, audaci diſputationiſ manu contrectas. Et cum ne de creaturis quidem, que ſub humani cōſpectuſ intuiſu ſitę ſunt, ratio redi poſſit, quoniam inueſtigabiliſ miracuſorum opere ſuſtiſtunt, tu creatorē coruſ, qui hiſ multo mirabilius p̄reſt, queſtione diſcutiſ, circumſcribiſ argumen‐to, indigniſ & prophanis rationib⁹ vulgas. Sed dum nō viſ fidei deſeruire, dum de‐dignariſ miriſ & ineffabilib⁹ ſubiſci rebus,

dum

PHO. ARR. ET ATHA. 45  
dum impatiētiæ & ſtibus agitaris & imme‐ſa que infinita metiris, eo intentionis tuæ perducis articulum, vt Deus aut omnino nō genuerit, aut ſi genuit, omnibus à te obieciſ conditiōum neceſſitatibus ſubiſcuerit. Sed qui tales nugas ore ſacrilego garris & mole corporea ſuſtiſtentem viſ introducere neū, quia que à te obiiciuntur, non niſi viſibili‐bus & palpabiſ materia extantibus conue‐niunt rebus. Dum enim conariſ oſtendere fi‐lium extrinſecus & non de patris ſuſtantia geniū, ad inaniſ philosophicæ artis queſtiones, relictā fidei ſimpliciitate tranſiſti, vt quia diuina natura ex ſui infinitate decide‐re non poteſt, nec per fluenteſ exuberatio‐num copias amplius redundant, ſtolidæ at‐que crassioriſ mihi ſimillima iudicetur, que ſine ſui danno ex ſeſe quicquam tribuere non poteſt. Ergo quia augmentum res cor‐porea ſumit, detrimentum res morte obno‐xia ſentit, videamus utrum Deus, qui in nul‐lo eſt horum, ex ſeipſo filiuſ generando, nec ſuſtantiam ſuam pro rata parte diuiferit, vt Arrius inani metu & ſuperfluā timoris for‐midine opinari, nec ſibi aliiquid detraherit, quod conſerret in filium, vt hoc ipſo aut ho‐die careat, & perfectus non ſit, aut eo ſi non

F 5 . indi‐

## DISPV. INTER SAB.

indiget, videatur superfluè abundare. Primiò ergo recedentes ab omni corporalium passionū perscrutatione, & cunctis visibiliū naturarum conditionibus derelictis, de spirituali natuitate spiritualiter disputemus, nec quicquam sensus nostri opinemur propria sumptione. Scriptura itaque, diuina, vt passibilitatē paternae generatiōis ostēderet, sensum, sapientiā, virtutē, verbū, lumē, filiū esse narrauit. Sēsum scilicet, quo cūcta cogitan̄. Sapiētia, qua cogitata disponunt. Virtutē, qua disposita proficiuntur. Verbū, quo perfecta nunciānt. Lumē, quo nūciata clarescūt. Et hęc oēs noīm species, nō diuersæ, sed vna est virtus. Quia em̄ vnius sermonis enunciatione, magnitudo eius nosci non potuit, idcirco multiplici vocabulorū appellatione distinguitur, vt ex diuersitate vel qualitate nominis, quantitatē virtutis agnoscamus. Quia ergo cōsilium ab eo, cuius consiliū est, nō separatur, quia virtus à forti non scindit, quia sapiētia à sapiente nō discernit, quia sensus à sensato nō diuellit, quia verbū à primo ore nō auferit, quia splēdor à suo lumine nulla discriminat secretioē, manifestū est patrē, nec augmentū suscepisse, nec detrimētū filiū generādo fuisse, quia hęc in Deo, & naturaliter insunt, & ipso

## PHO. ARR. ET ATHA. 46

ipse intus naturaliter ēst, sicut ipse fili⁹ aptius declarat, dicens: Ego in patre, & pater in me. Esse em̄ & inesse, nec copia est exuberās, id est, extra redūdās, quia ipsum inesse, id est, in patre ēst, nō recipit Arrius, cauillat extra fluere, nec detrimētī iactura est, dū cor sapientiā gignit, dū intellectus consiliū generat, dū os sermonē pfert, dū lumē splendorem emitit. Inest em̄ splēdor in lumine, & lumē ī splēdore, & ita ī se vtrunque; natura subsistit, vt neutrū sine altero ēst possit, quia vbi cunque; lumē est, illic & splēdor, pari radiatis lumen claritate refulget. Ergo pater non ēst copia supfluę redūdatiōis, tanque extra se effluēs, sed ex seatque ī se, vt sapiētia sapiētia filiū genuit, & idcirco ex suę infinitatis magnitudine nusquā omnino recessit. Sed neque; subsistere suę portiunculā, prorata parte secreuit à se, quia lumen splēndorē gignendo, separatiōi obnoxii nō est, atque; ita singula prosequendo, reperies patrē in sua generatione, nec copia redūdantis cumuli auctum, nec diuisiæ portionis detrimētū diminutum, nec separatæ substantię diuisiōe sciunctum, quia rerum naturā, cui sacra illa & ineffabilis generatio cōparatur, nihil in se recipit, quod aut exuberationi, aut diminutioni, aut iactu-

## DISPV. INTER SAB.

iacturę obnoxium esse possit. Probus iudex dixit. Certum est quidē natura luminis, vel verbi ac sapientiæ aliarumque virtutum abste commemoratarum efficientias hijs conditionibus teneri non posse, sed vtrū vt agis paternæ generationis nativitas talibus comparetur exéplis, diuinis te conuenit testimoniis edocere. Arrius dixit. Supiore prosecutiōe mea ita exorsus sum, quod Athanasius <sup>al. quod Atha</sup> perfidia cœcitatris præcipitat<sup>o</sup> in profundū, <sup>nafsum perf.</sup> dū em̄ vult facūdiam sui sermonis ostēdere, <sup>dīe cœcitatris</sup> nesci<sup>o</sup> in crimine versat<sup>o</sup> scripture diuinę, eo quod in substantia dei coequet filiū generatori, cum ipse filius de se teste<sup>r</sup> & dicat. Pater maior me est. Et qui me misit mā datum dedit, & non ego veni, sed ille me misit. Et, Nō veni facere voluntatem meam. Et, sic dixit mihi pater sic loquor. Et quod dedit mihi pater seruaui. Et Omnia quæ dedit mihi pater, nemo aufert à me, & rogabo eum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum. Et hic calix si non potest transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et, trā seat à me calix iste, non sicut ego volo, sed si cū tu. Et, Quę sunt ei placita facio semper. Et sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis. Et, Dedit illi no-

men

## PHO. ARR. ET ATHA. 47

men quod est super omne nomen. Et exaltauit puerum suū. Et benedixit eum à mortuis. Sede re fecit ad dexteram suam. Et multa his similia quæ studio breuitatis omitto. Si ergo ab eo missus est, si spontanea voluntate non venit, si voluntatem suam non fecit, si quod ei dicitur, loquitur, si sibi data custodit, si rogat, si pro calice deprecatur, si nomē ab alio accepit, si sedes discipulis petētibus propria voluntate non tribuit, quæ sunt patria placita facit, & ab ipso à mortuis scuscitatur, & quum ne videtur, vt qui de sua subiectiōe tāta & ita dicit, patri efficiatur equalis. Probus iudex dixit. Si aduersus ista copiosa diuinæ auctoritatis testimonia, quæ ab Arrio de filij subiectiōe prolata sunt, quid Athanasio competere videtur, edicere non moretur, ne superstitione sermonis, sed diuinis potius luminibus, aut similis aut dissimilis vel coequalis patri filius demōstretur, vt agnita veritate, quæ sanę fidei ac rationi conueniunt, roborentur. Athanasius dixit. Quantum velit percurrat in elatione sermonis Arrij calliditas, & sibi de auctoritate diuinæ legis plaudat testimonij, quibus videlicet nititur, ab æqualitate patris

DISPV. INTER SAB.

tris filiū sequestrare & cuncta, quæ ab eo pli  
xius inserta noscunt, eisdē etiā testimonijs à  
nobis ei⁹ integrō absq; vlla difficultate fru-  
strabīt. Ch̄rus igit̄ filius dei, in forma serui,  
quā sumperat, ex virginē patri dicitur esse  
subiectus, apostolo Paulo nihilo minus af-  
firmāte. Vbi venit(inqt) plenitudo téporū,  
misit deus filiū suū factū ex muliere, factum  
sub lege. Ille itaq; dicit esse subiectus, q; sub  
lege ex muliere noscitur gnatus, & in ea for-  
ma minorē se iudicat patre, quā sumpsit ex  
virginē. Nam in forma Dei patris, angelicus  
ei chorus, pbatur pr̄buisse ministerium, vt  
in euāgelio scriptū est, Et discessit ab eo di-  
abolus, & venerunt Angeli & ministrabāt ei.  
Obijcit q; voluntatē patris fecerit, & nō suā,  
in hoc magis laudabilis huius verbi dicto de-  
bet agnoscī, q; qui patris voluntatē equali-  
miter fecit, equalitatē ostēdit, apostolo cō-  
firmāte. Hēc est volūtas dei in Ch̄ro Iesu. Nā  
q; addidit, Sicut dixit mihi pater, sic loquor.  
Quis hoīm gen⁹, quod rectū est, intelligēs,  
auditō hoc verbo turbet? Si em̄ aliter Ch̄rus  
q; de⁹ pater loquereſ, tū magis patri ſequalis  
uel dissimilis mōſtrareſ. Si verò, q; loquitur  
pater, ea loquitur fili⁹, nunq; inēqualis patri  
aut dissimilis inuenitur. Quod dedit mihi,

fer-

PHO. ARR. ET ATHA. 48  
seruauit, & oīa q; mihi dedit, nemo(inqt) au-  
fert à me. dona em̄ diuina, hoc modo intelli-  
genda sunt filio attributa. Dedit em̄ pater fi-  
lio om̄ipotēs om̄ipotentia, maiestatē tribuit  
maiestati, virtutē dedit virtuti, prudētiā de-  
dit prudēti, pr̄scientiā dedit pr̄scientiē, di-  
uinitatē diuinitati, ēternitatē ēternitati, coę-  
qualitatē coęqualitati, immortalitatē imor-  
talitati, inuisibilitatē inuisibilitati, regi re-  
gimē, vitam vitæ, & nō aliā ab ea, quā habet,  
dedit, & quantū habet, tātū dedit, vel si que  
al. quantā hā  
alia, quē pater filio indiuisibiliter, & insepa-  
bet tantā de-  
rabiliter contulisse monstratur. Sed hēc oīa dī,  
habenti potius q; indigenti dedisse probat,  
cui à filio dicitur, Oīa mea tua sunt, & tua  
oīa mea sunt. Si ista oīa q; perhibetur pater  
filio cōtulisse, alia in eo, & alia vidētur esse ī  
filio, mēdacem facimus sine dubio filiū, qui  
dicit sua esse quæ patris sunt. Sed si in his,  
quæ dixit, mendax filius inuenitur. Et euan-  
gelista, qui ait, & qualem se faciens Deo, om̄i  
virtute fallitur, ac sic nec pater filio integrē  
ac veraciter aliquid contulisse monstratur.  
Sed si vera sunt, sicut sunt, quæ pater filio  
inseparabiliter & indiscretē contulit, con-  
ticescant dementium hominum linguae,  
quæ nituntur filiū à patris substātia separa-  
re.

alueritate.

## DISPV. INTER SAB.

re.Rogat filius patrem,vt hominem verū se  
gestare contendat.Nam vt deitatis suæ inti-  
maret potentiam mari imperauit & ventis,  
& quinq; milia hominum , de quinq; pani-  
bus saturauit.Calicem passionis vt homo tri-  
stis accepit,vt Deus autem fontem aquę vi-  
ue salientis in vitam æternam propinauit.  
Accepit nomen vt in hoc nomine, cœlestia  
terrestria & inferna \* adorent, Exaltatus est  
de imis ad supiora, id est, de carne humana  
fragilitatis ad Deum conscendens. Sedet ad  
dexteram maiestatis,vt eum non dubitet hu-  
mana infirmitas sequi,vbi caput suum vide-  
rit gloriari: vnde est ,vt chrismati ipsius vn-  
ctione, à malo\* prioris hominis delicto pur-  
gemur.Excitatus à mortuis est vt nos exéplo-

*Al. pro prio*

*ris.*

*Al. sue.*

\*resurrectionis à mortis aculeo liberemur.  
Sedes discipulis petentibus se non posse da-  
re testatur, ne inter eos diuortium nascere-  
tur.Nam qui ait,Non est meum dare vobis,  
ipse iam dudum discipulis duodecim sediu-  
iudicandi tribuit potestatem.Quae sunt pa-  
tri placita facit,quia contraria facere nescit.  
Nam quia venit non vt faceret voluntatem  
suam sed voluntatem eius, qui misit illum,  
dixit,vt faciam voluntatem tuam deus meus  
volui,Et voluntariè sacrificabo tibi. Quia ait

Pater

## PHO. ARR. ET ATHA. 49

Pater maior me est,dixit,Ego & pater vnum  
sumus,Et sint in nobis vnum sicut ego & tu  
sumus vnum,& omnia mea tua sunt, & tua  
omnia mea sunt. Et creditis quia ego in pa-  
tre,& pater in me est,& que pater operatur,  
& ego operor. Et sicut Pater suscitat mor-  
tuos,& viuiscitat,ita & filius,quos vult,viuiscat.  
Et qui me videt, videt & Patrem. Et qui  
me odit, odit & Patrem . Et clarifica filium  
tuum,vt filius tuus clarificet te.Et ego clari-  
ficaui te super terram, & manifestavi nomē  
tuum hominibus . Et vt omnis humanae ca-  
uillationis quiescat intentio. \*Ioanne Euani-  
gelistā,cuius superius vsus sum testimonio  
protestante,qui ait:In principio erat verbū,  
& verbum erat apud Deum,& Deus erat ver-  
bum. Si hæc tanta diuinitati conuenientia, proferā se fī.  
perfidis non sufficiunt,quibus Patrem & filium  
vnum esse docuimus,alia si videtur,adjicia-  
mus. Probius iudex dixit: Si huic tam vali-  
dae & certæ prosecutioni Arrius nisus fuerit  
obuiare,certum est eum nō rationem sequi,  
sed per verborum irrationalium campos  
effrenatus euagati. Qui vsque nunc trium  
substantiarum rationem,vt superius fassus  
est,sicut Athanasius vnius permultis docuit  
documentis,per nescio quam nebulosam ca-

*At. Ioannem  
euangelistā,  
cuius superius  
us usus sum  
testimonio,*

G lig-

## DISPV. INTER SAB.

līginem circuiens, adsertionem suam nequiter demonstrare. Arrius dixit: Nunquid quia ex diuinis oraculis Athanasius, nescio quibus articulis filium vnius esse substantię, & patri coequalem, ausu temerario\* visus est affirmare: & spiritum, qui patris & filij minister est, ijsdem debet & quali confessione conferre, cùm ipse filius dicat: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet. Et mittam vobis spiritum veritatis, Et spiritus à me procedet, quem pater mittet in nomine meo, & pater ad mortuorum ossa dicit. Dabo spiritum meū in vos, & viuetis. Nunquid is, qui à patre mittitur vel procedit, eidem debet equari, cum propheta in psalmo de eo testatur, dicens: Ecce Dominus formans tonitruū & creans spiritum, prorsus nunquam mihi vla ratio poterit persuadere, quod creatura poterit coequari creatori, aut vna cù eodem posse potestate potiri? Athanasius *Quae sequuntur hactenus defiderata sunt.* dixit: Sapientiam & virtutem Dei filium est, iam quidem superiùs demonstrauit, vbi Apostolum dixisse probauit, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Sed & nunc verius & pleniū, si necessariū iudicas, de hac eadem probatione replica testimonia. Ipsa sapientia, id est, filius per Salomonem clamitat,

50

PHO. ARR. ET ATHA:  
tat, dicens: Ego ex ore Altissimi processi. Et ante(inquit) colles genuit me. Et quod eadē sapientia paterni luminis splendor sit, predicti Solomonis & Dauid, pariter Apostoli testimonio cōprobatur. Solomone quoq; ita dicēte: Splendor lucis(inquit) æternę, & speculū sine macula, per quod & ī quo sine dubio pater videſ, ut ipſe in euangelio filius ait: Qui me videt, videt & patrē. Quod etiā Dauid apertiū declarās, ad patrem loquit̄, dicens: Apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen. Audis lumen in lumine cerni, id est, patrem in filio contemplari? Paulus quoq; congruentia his prædicat, dicens: Qui cùm sit splendor & imago substantiæ eius. Verbum etiam nominatur, sicut pater ad demonstrandā generationis suæ impensisibilitatē pronunciat, dicens: Eructauit cor meum verbum bonum. Et, Verbo Dñi cœli firmati sunt. Et, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Deus(inquit) erat verbum, nō prolatuum, & sono vocis transiens, sed substantialiter in sua virtute manens, intelligas verbum. Sed & quod consilium sit. Isaias testis est, dicens: Vocabitur magni consilij angelus, id est, paternorū tractatuū

## DISPV. INTER SAB.

vel consolationum dispensator & author, in d̄ consolatio & tractatus. Sensus etiam paterni pectoris demonstratur, vt Solomon ait: Dominus sapientia sua fundauit terram, stabiliiuit autem cœlos prudētiā. Sensu eius abyssi dissiluerunt. De quo sensu Isaías, Et Apostolus ait: Quis cognouit sensum Domini? Secundū illud euangelicum, Quia nemo scit filium nisi pater. Claruit ergo, quantū arbitor, patrem filiū ex se generando, & eundem in semet habēdo, nec auctum & diffusum, nec fuisse penitus dimicatum, dū qui generat, in nascētis perfectæ naturæ substantia dignoscitur permanere, nec extra se vterque distunditur, dum vterq; in se inuicē manere cognoscitur. Sicut Isaías, Nō extra infinitatē paternæ naturæ, tanq; ultra se effluentem filiū, sed in se per cōmuniſ substantiæ unitatē habitantem patrem & filiū declarat, cū ad ipsum filium loquitur, dicens: In te est Deus, & non est Deus extra te. Probus iudex dixit: Quantum facultatis percipiendæ rationis humanæ sensus prestat, plenissimè reor Athanasium superioris questio- uaculæ nodosa, totaq; scrupulosæ opinionis ambigua, in quibus nostra h̄erebat intentio, penitus amputasse. Si hoc ipsum etiā

Arrio

## PHO. ARR. ET ATHA. 33

Arrio claruit, edicat apertiū, & de his ad alia, si tamen adhuc aliqua superesse putatis, tandem aliquando transeat, quò celeriū valeamus operis huius terminare negotium. Arrius dixit: Si mente peruigili, & sensu sagacissimo summatim particulatimq; questio- num à me propositarum dicta rimeris, profectò reperies Athanasium non ad omnia dedisse responsum. Probus iudex dixit: Quę nam illa sunt, in quibus tibi satisfactum esse non arbitraris? Designa manifestius. Arrius dixit: Quid opus est eadē rursus repetendo, longum disputatiōis funē trahere, cū iam cōueniat vltimam de cognitione sententiā promere? Probus iudex dixit: Semiplenam non oportere sententiam inferre, vœstra etiā prudentia mecum pariter recognoscit. Ob hoc etiam de spiritu sancto aliqua vos conuenit disputando pferre. Arrius dixit: Ego spiritū sanctū non solū patre & filio minorē, verū etiam voluntatis eorū ministrum & obsecundatore cōfiteor, vtpote creaturam creatori reuerentissimum famulatus obsequiū p̄bentē, qui tū cūctis creaturis & melior, & post filiū primus sit. Nā si equalis cū patre, vt Athanasius profitetur, honoris priuilegio insignitur, non diceret filius. Quia

## DISPV. INTER SAB.

**non** loquitur à semetipso, sed quæcunq; au-  
dierit, loquitur. Qui enim nihil vtronea po-  
testatis auctoritate loquitur, iubentis impe-  
rio per obsequium ministerij famulatur.  
**mucusque** Athanasius dixit: Si iudicis clemētia permis-  
ta sum tribuit & largitur, ex diuinis authorita-  
tibus, etiam spiritum sanctum, non creatu-  
ram esse, sed Deum & creatorem cum patre  
& filio, breuiter demōstrabo. Probus iudex  
dixit: Vt tua professio cōtinet, approba bre-  
uiter, quod ratio exigit documentum, non  
ex argumento sermonis, sed ex diuinarum  
scripturarum testimonij, spiritum sanctū  
patri & filio coequalē esse, aut sicut ipse  
fassus es, Deum eum vel creatorem cōmunis  
operis esse. ostende, vt cūm hæc veridicis te-  
stimonij approbaueris, Arrius eadem à sua  
intentione veræ fidei professione conui-  
etus abscedat. Athanasius dixit: Priusquam  
spiritum sanctum Deum esse perdoceam,  
eundem creatorem esse cunctorum, verbis  
legalibus approbabō. Scriptum est enim:  
Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu  
oris eius omnis virtus eorum. Et in Salomo-  
ne: Et ipse (inquit) creauit ea per spiritum  
suum. Et in psalmo: Emitte spiritū tuum &  
creabunt, & innouabis faciē terræ. Et in lib.  
Iobi:

PHO. ARR. ET ATHA. 52

Iob: Spiritus diuinus est (inquit) qui creauit  
me. Et in libro Iudith: Tibi (inquit) seruiet  
omnis creatura tua, quoniam dixisti, & facta  
sunt, misisti spiritum tuū, & edificauit. Tātē  
ēm̄ potestatis, vel creationis, spiritus sanctus  
ostendit, vt ipso cooperante corpus Domini  
Iesu Christi, qui nobis in sacramēto fidei da-  
tus est, in vtero virginis formaret, euangeli-  
sta dicēte: Ne timeas Ioseph accipere Mariā  
coniugē tuā, Quod ēm̄ in ea natū est, de spi-  
ritu sancto est. Et item: Priusquam (inquit) cō-  
uenirent, inuēta est in vtero, habens de spi-  
ritu sancto, nō quod Saluatoris nostri pater  
dicēdus est spiritus sanctus, ut duo credātur  
patres, sed q; cū patre & filio idē spiritus san-  
ctus cooperarius & vnius potestatis est, cū  
ijsdē socius inuenitur, Domino affirmante:  
Ite (inquit discipulis) baptizate omnes gētes  
in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Er-  
go si minister est (vt tua sacrilega cōtinet pro-  
fessio) quo usq; eodē in sacramēto fidei nihil  
cōfertur creditib;. Nam sicut pñs Aposto-  
los ad predicandū destinauit, pari etiā mo-  
do spūssanctus facere declarat. Ita em̄ in acti-  
bus Apostolorū reperimus scriptum. Petro  
enim cogitāte de visione, dixit ei spiritus san-  
ctus: Ecce viri querunt te, exurgens vade

## DISPV. INTER SAB.

cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos ad te. Et iterum: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus quo assumpsi eos. Et iterum: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos. Nam si & vniuersa cum patre & filio, ut superius ostensum est, procreauit, in quo minoris vel ministri personā, ut ipse fateri non metuis, tanta maiestas habebit? Sed & Deum esse, sicut p̄misisse me memini, his testimoniis approbabō. David propheta dicēt: Audia qđ loquatur in me dominus Deus. Nulli itaq; dubium est, q; omnes prophetæ non nisi per spiritū annunciet vel loquant̄, sicut in euangelio scriptū est: Cūm venerit, inq; spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit, & ventura annū ciabit vobis. Et item per prophetā dominus dicit: Noluerūt audire sermones meos, quos mandaui in spiritu meo, per os prophetarū priorum, dicit dominus. Sed nolo pastifera prata, diuinę legis testimonio percurrētes, longius à nrā propositione euagemur, ad id quod promisiimus, reuertamur. Ad hebreos quoq; paul⁹ gentiū p̄dicator scribēs, ait: Testificat autē nobis sp̄us sanctus, & hoc est testamentū, qđ dispono ad eos post dies illos,

dicit

PHO. ARR. ET ATHA. 53  
 dicit dominus in actibus apostolorum: ad Ananiam dixisse Petrum meminimus, vt quid satanas impediuit cor tuum mentiri te spiritui sancto & ostendens eundem esse, in subsequentibus dicit: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et paulus ad Corinthios: Diuisiones autem donationum sunt, idem vero spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt, idem ipse dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce spiritus sanctus prædicante apostolo, idem Deus, idem dominus declaratur. In euangelio, sicut iam dictum est, ipse dominus dicit, Spiritus est Deus. Item ad Corinthios paulus scribens, ait: Dominus autem spiritus est. Et ad Ephesios: Nolite, inquit, contristare spiritum Dei. Itē ad Corinthios: Nescitis, inquit, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis a Deo. Et ostendens eum in humanis corporibus habitantem, adiungit & dicit: Glorificate ergo, & portate deum in corpore vestro. Nam vt Deus & dominus esse manifestissime spiritus sanctus demonstretur, ad Mariam angelus dixit: Spiritus sanctus superueniet te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod nascetur

## DISP V. INTER SAB.

**ex te sanctū, vocabitur filius Dei. Ecce quan-**  
**tis diuinorum testimoniorum documentis,**  
**spiritum sanctum Deum, & vnius potesta-**  
**tis vel societatis cum patre & filio esse docui-**  
**mus, quid adhuc in perfidis remaneat respō-**  
**siōibus ignoro. Paulus itaq; Apostolus, spiri-**  
**tum sanctum cum patre & filio vnam socie-**  
**tatem habere apertissimē demonstrauit, di-**  
**cēs: gratia domini nostri Iesu Christi, & cha-**  
**ritas & societas spiritus sancti cum omnibus**

*Quae sequun-*  
*tur hactenus*  
*desiderata*  
**vobis. Multò magis ex hoc apparet spiritum**  
**sanc̄tum à patris & filij substātia nō esse alie-**

**funt, traneus, sed vt pote vnius eiusdemq; naturę**  
**focius, quæ patris & filij cōmunia sunt agit**  
**& loquitur. Nam si de proprijs loqueretur,**  
**non solum à patre alienus, sed & fallax & de-**  
**ceptor proculdubio haberetur, quoniam vt**  
**ait filius. Omnis qui loquitur mēdaciūm, de**  
**proprijs loquitur. Et ideo hic verum loqui-**

*For. proprijs*  
*ut voluntate.*  
**tur, quia non de proprio. i. non à seipso \*sed**  
**de patris & filij quæ loquenda sunt loqui-**  
**tur. De meo inquit accipiet, & annunciatib**  
**vobis. Et vt ostēderet hoc esse, à se accipere,**  
**q; est etiam de patre sumfissc, ait, Ideo dixi,**  
**de meo accipiet, q; omnia quæ habet pater**  
**mea sunt. Vides ergo spiritum sanctū à patre**

&

## PHO. ARR. ET ATHA. 54

**& filio nō esse discretū, dū ea loquitur quæ**  
**patris & filij propria esse noscunt. Sed & fi-**  
**lius tale aliquid profiteſ dum dicit. Non em̄**  
**à me ipso loquor, sed q; audiui à patre meo**  
**nota facio vobis. Quę sentētia filiū & spiritū**  
**sanc̄tum etiā si patre minor est (vt falso op̄i**  
**naris) sibi tñ ostendit æqualē, q; impīe refu-**  
**gis. Si em̄ vtiq; nihil authoritate p̄fsumūt,**  
**nullo sē inuicem dignitatis honore præcel-**  
**lunt, adhuc tñ audi manifestius, quomodo**  
**& patri èquales habeantur. Dicit itaq; filius,**  
**Opera quæ ego facio, ipsa testificantur de**  
**me. Ego ex me nihil facio, sed pater ī me mā**  
**nens ipse facit opera. Quomodo nunc sua,**  
**quomodo paulo post non sua dicit esse ope-**  
**ra quæ facit? Sic volens vtiq; vnius naturę de**  
**mōstrarē virtutē, perpetrandorū operū effi-**  
**cientiā, ad patris dignitatis retulit vnitatē, vt**  
**dū opus patris & filij est, & opus filij patris,**  
**q; quęcūq; pater facit, eadē & fili⁹ facit simi-**  
**liter, vt ex cōi gestorū opere, cōiunctio co-**  
**gnoscāt esse naturę. Sicut ergo sua opera nō**  
**sua dicit, quæ tñ ipsius esse probantur, sic &**  
**verba non sua se loqui testatur, quæ profe-**  
**cto eiusdem esse noscūtur. Et quod de filio,**  
**hoc cōiūce de spiritu sancto, qui sic à seipso**  
**propter demonstrandam vnius naturę**  
**deita-**

## DISPV. INTER SAB.

**Algue**, deitatem non loquitur, vt tamen \* qui loquuntur eius esse, & non aliena credantur. Et loquebantur, inquit Lucas, de apostolis varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et in euangelio, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Habet ergo ipse propriam fandi authoritatem, qui liberam cæteris loquendi tribuit facultatem. Arrius dixit. Qui bus scripture authoritatibus docere poteris spiritum sanctum Deum esse, quæ ego creaturam esse confiteor? Athanasius dixit. Hinc præcipuè declarat, spiritum sanctum Deum esse, quia vbique est, & nullo continetur loco, sicut propheta dicit ad patrem, Quo ibo à spiritu tuo. Et commonet, Spiritus domini replevit orbem terræ. Esse enim vbique, & vno eodemque momento celos, terras, maria infernaq; replere, vt David ait. Si ascendero in celum tu illic es, etsi descendero ad infernum ades, nō creature sed solius dei est propriu. Deniq; quia id est incopositæ i. simplis naturæ, nā creature omnis quantu ad naturæ ordinem pertinet, composita est, si itaq; spiritum sanctum compositum ex diuersitate formatum valueris ostendere, tunc deum consequens erit, vt etiam creaturæ esse nullus

## PHO. ARR. ET ATHA. 55

nullus audeat dubitare. Tunc autem necesse erit, vt si creatura, est, doceas eū communē esse cum ceteris, vel angelis vel archangelis, aut cum potestatibus & principatibus, & vnum esse ex illis, ac sic vnicum & singularem non esse demonstres, quod nequamquam vtrique obtinentibus, & vtiq; declamatibus prophetis atq; apostolis poteris demostrire, Solomone quidem ita dicente. Spiritus sanctus simplex, vnicus &c. Et apostolo contestante, Vnus spiritus. Et iterum. Hæc autem omnia operatur vnu atq; idem spiritus. Ac rursus, Per ipsum inquit habemus accessum vtriq; in uno spiritu. Cernis igitur eum, qui vnicæ ac simplicis naturæ est, Deus potius quam creaturam esse. Deniq; si creatura & non Deus est, cur vtilitatis beneficio in nomine eius lauacro vitali regeneratio celebratur? Baptisate inquit domin⁹ genites in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quid em⁹ nobis præstare potest, si Deus nō est. Qualis quæso est ista creatura, quæ vnu eū patre possidet nomen. Quæ si in baptismate non nominaueris, frustra videbitur mysterium omne perfectum, nec erit sacramentum. Incassū quippe patris & filij noīe vtris, illo nō nominato. Creaturam ergo creatricem

## DISPV. INTER SAB.

tricē esse non posse, nulli est omnino ambiguū. Hunc autē spiritum creatorē esse scripturæ diuinæ vbiq; loquunt̄, sicut in Iob volume legimus. Spiritus diuinus est, qui fecit me. Nam cuncta generaliter creaturam operasle spiritus sanctus designatur: sicut David euidēter declarat dicens, Qm̄ videbo cœlos opera digitorum tuorū verbi videlicet & spiritus sancti. digitum enim esse spiritus sanctū, cuius opera esse cœlorū fabricā, sacro pphēta cecinit ore, dñs in euangelio demonstrauit dicens, Si ego in digito Dei demōstrauit, superuenit in vos regnū dei. Quo digito lex Dei in duabus tabulis conscripta refertur, vt in exodo legimus, Accepit inquit moyses duas tabulas scriptas digito Dei. Vnde ostēditur hunc spiritum sanctū legis latorē esse, cui⁹ lex à peccatis homines liberat, secundū attestantis Pauli prēconium, lex spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis. Cuius virtutis potentiam magi quoque Pharaonis mirabiliter confitentur dicentes, Hic datus Dei est. Adhuc autem spiritum sanctum Deum esse vel creatorem, David propheta apertius declarat dicens, Verbo domini cœli firmati sunt & spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Et iterum, Emitte spiritum tuum

PHO. ARR. ET ATHA. 56  
tum & creabuntur. Virtutes autem cœlorum angelos esse nemo dubitat. Qui etiam secundum apostoli testimonium, in hunc spiritum tanquam in suæ originis authorem, reuerentissimè desiderant aspicere: Dicit enim ita, Ea quæ sunt vobis à spiritu sancto misla de cœlis, in quem concupiscunt angeli prospicere. Si deus non esset, faciendo quæ vult proprium non haberet arbitrium. At cum in dispensatione sacramenti libertate vtitur voluntatis, nec expectat iubentis imperium, apparet cum esse non creaturam, sed Deum. Apostolus enim cum de celestium donorum diuersitatibus loqueretur, ad extreum intulit, hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus diuīdens singulis prout vult. Et iterum, Spiritus inquit sanctus distribuit omnibus secundum voluntatem suam. Et dominus in euangelio ait, Spiritus vbi vult spirat. Si Deus non est, quomodo viuiscat? Et rursus de Deo, Viuiscabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum suum in vobis. Et dominus in Euangēlio, Spiritus est, qui viuiscat. Vnde & in Ezechiele Spiritus vitæ apppelatur, Spiritus inquit vitæ erat in rotis.

De

## DISPV. INTER SAB.

De quo dominus in eodem propheta mortaliū corpōribus dicit. Ecce ego intromit tam in vos spiritū meū & viuetis, ergo qui vitā tribuit, Deus est. Nā si Deus non esset, quo modo mundum viuificaturus prædicat̄? domino dicente in euangelio. Cum venerit spiritus paraclitus, ipse arguet mundum de peccato, de iusticia & de iudicio. Audi aliud argumentum, quo clareat Deum esse spiritum. Vocat pater fideles in gratiā suā, vocat filius, vocat spiritus sanctus. Qui si creaturae esset, parem ac similem vocandi authoritatem non haberet. Nam de patre apostolus dicit, Quando aut̄ placuit deo, qui me segregauit ab utero matris meæ, & vocauit in gratiam suam. Et de Christo romanis scribēs, In quibus estis & vos inquit, vocati Iesu Christi. De spiritu sancto Lucas in actibus apostolorum dicit, Ieiunantibus illis & munificantibus, id est, apostolis. Dixit spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod vocavi vos. Reuelatorem quoque esse mysteriorum spiritum sanctum, eadem scriptura testatur, exurgens inquit agabus significauit per spiritum famem magnam futuram. Et iterum cogitante autem Petro de visione, dixit spiritus sanctus, Ecce

viri

## PHO. ARR. ET ATHA. 97

viri tres querunt te. Surge descendē & vade cum illis nihil dubitans, quia ego misi illos. Sed ne multa congerendo in vnum testimonia in longum prosecutionis nostræ tendatur oratio, breuiter vniuersa recolligo. Quid ergo tibi videtur optime iudex. Num spiritus sanctus Deus non est, q̄ cōpositus nō est, qui vnicus ac singularis est, qui creator ac vivificator est, qui cum patre & filio vnum possidet nomen, qui peccata donat, qui sanctificat, qui gratiarum charismata pro sui voluntate dispensat, qui mysteria reuelat, qui legem dat, qui autoritate sua ad gratiam vocat, qui mundum iudicat, qui tentatores suos condemnat, in quo irremissibiliiter impij blasphemant? Si hic talis Deus nō est, ostēdat quid amplius possit, qui Deus est. Arrius dixit. Quanquam sit sermo omnis contradic̄tiōi obnoxius, & velut quodam respōsitionis clipeo obiectionum tela repulsa frustretur, tamen ista quam nunc intendimus questionem, quantacunq; Athanasius ingenij subtilitate conēf eludere nunquam valebit, non dico totam sed ne villam quidem eius particulā rationabilibus dislocuere argumentis. Dicit spiritū sanctū deum esse, quod quidē nusquā evidentius valuit

H demon-

## DISPV. INTER SAB.

demonstrare. Esto tñ, vt ei contra rerum veritatem concedam ob hoc spiritum sanctum Deum videlicet vel esse posse, quod talia operet quæ non nisi deo conuenit operari, ergo deum patrem, deum filium, deum fatetur spiritum sanctum, ac per hoc tres Deos, & si non aperta impietate, ipse tñ professionis videtur conditiõe introducere, & p hoc nos ad eū vnde digressi fueramus, multorum deorum errore, quodammodo reuocare incipit. Velim optimus iudex (si tñ possibile sit) reprehendere nouum istum egregium artis suæ magistrum, solutis prestigiorum fraudibus, conuenientium oculos illudentem. Ut enim trium deorum confessionis periculum euadat, subito eos vti tres unus appareat, incomprehensibili fantasmate conflat dices. Sed hic tres unus deus. Rursus quos nescio qua coagulatione permixtos & confunditos in unum Deum redegerat, iterum eos separatos trifomes ostendit dicens. Et hic unus deus trinitas est. Vide si vales oratione, inaudita haec & iniusta pessimæ imaginationis vestigare portenta. Ego enim comprehendere nequeo quemadmodum sit Deus nunc unus, nunc ex uno in tribus distinctus, nunc compositione quadam ex partibus conformatus, nunc deriuatione nescio quæ ex

vno

## PHO. ARR. ET ATHA. 58

vno iterum in partes diuisus. Ait enim, Tres sunt extantes in sua substantia personæ, & per misceri non debent, ne statum proprium perdant. Secundum meam, magisq; veritatis sententiā, ait. Si una est persona, hoc ipsum sim pliciter fateatur, & libere in Sabellij transeat dogma. Nam quid opus est ad illudendam veritatem diuersis formis & imaginibus variari, & sic Sabellium fugere, vt in me incurrat, sic à me resugere, vt eum Sabellius capiat? Quiā vt se impietate Sabelliana exuat, quem vnum dicit, tres esse adfirmat. Sed ne ego eum in tribus teneam reum, de tribus nescio quo artificio vnum conflat. Iam si aliquam verisimilem habet haec fides rationem, æquitatis tua est iudicare optime Probe. Probus iudex dixit. Quem vnum dixeris, eundemque rursus tres appellare, & quos tres credideris, eosdem iterum in vnum fateri Deum, quantum ad humani sensus pertinet rationem, multum inconsequens esse videtur, nisi forte, haec diuina auctoritate credere iubeamur. Vnde ad haec tam valida tamque iniusta quæ Arrius obiicit, Athanasius respondere non differat. Athanasius dixit. Frustra visus es nodis (vt tibi videtur) indissolubilibus

H 2 verbo.

## DISPV. INTER SAB.

*Al. texere.* verborū\* terere retia, nō intelligēs, neq; pro spiciens te quoq; hijis obiectionum tendicu lis posse inuolui. nam quia mihi de tribus in tendis, hāc tibi de duobus refero questionē. Si vnū deū colis, & non est alius præter vnū, quomodo duos ad cūltum venerationis inducis? Profitendo enim patrem Deum, & filium deum, aut bipartitū deum, aut duos diuersos conuinceris profiteri, Ac per hoc geminæ diuinitati impium exhibes famulatū, dicente domino, Non potestis duobus dominis seruire. Sed ne ego quidem temeritatis notam incurrā, si te de diuina professiōe pari quæstiōe constringā, cuius præcipua venerationis silentiū magis, quam callidas exigit quæstiones, illuc mihi necessario video festinandum, vt tres vnum esse, & vnum tres esse, & si non ratione qua homo sum, tñ auctoritate perdoceam. Ipsam itaq; trinitatem audiamus dicentem, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Qui faciūt tres sunt, pater & filius, & spiritus sanctus, Sed hij tres vnum est . Denique intulit, Et fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem Dei. Vt ergo trinitatem agnoscas, pluraliter dictum est, Faciamus, Et vt hanctrinitatem vnum Deum esse non nescias,

PHO. ARR. ET ATHA. 59

scias, adiecit singulariter, Et fecit Deus hominem. Et iterum, Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi: Ecce & hic pluraliter dixit, faciamus, in consequentibus aut singulariter infertur, & fecit Deus hominem ad imaginem Dei, masculum & feminam creavit Deus. In cōsultatione tres, in opere vnum refertur, vt non diuersitas voluntatis, sed vnitatis appareat protestatis. Et iterum, Visus est Deus Abraham, ad quercum Mambræ aspexit, Et ecce tres viri steterunt ante ipsum, & procidens adorauit dicens. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ne transeras seruum tuum. Ecce vnum dictus est apparuisse, & tamē trés erant, & licet tres essent, tamen vnum erat. Cum enim dicit, Si inueni gratiam in conspectu tuo ne transeras seruum tuum, ostendit vnum esse. Rursum cum dicit, Adferatur aqua & lauentur pedes nostri, ostendit tres esse. Iterum cum dicit, aposuit eis mensam & manducauerunt, ipse vero stabat ante ipsos sub arbore, ostendit tres esse. Et cum subiungit, Dixit ad eum, Vbi est Sara vxor tua? ostendit vnum esse. Item cum dicit, Surgentes inde viri ibant ad faciem Sodomorum, Abraham autem comitabatur cum eis, ostendit

## DISPV. INTER SAB.

dit tres esse. Et cum repetit, dixit autem dominus . Num cælabo ego puerō meo Abrahæ, quæ Sodomis facturus sum, ostendit vnum esse. Sed & sacra illa supernarum virtutum carmina , vnum tres esse, & tres vnum esse demonstrant. Isto enim resonant modulo Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: dum tertio repetitum Sanctus, trinitatem insinuant, dum semel dicunt dominus, hanc eandem trinitatem vnum esse Deum designant. Huic etiam mysterio illud euangelicum congruit sacramentum, quod dominus præcepit baptizandas g̃etes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ecce habes tres in uno deitatis nomine subsistentes. Nomen enim patris & filij & spiritus sancti deus est. De quo nomine in Numerorum libro: dominus ad Moyse loquitur dicens. Viuo ego & viuit nomen meum. Nam & illud non tibi videatur ociosum, quod idem filius, sub ingenti mysterio trinitatis loquitur dicens, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Jacob, trinitatis apertius declarat sacramentum . Audi adhuc & intuere euidentius arcani huius mysterium, dicit Isaia, Vidi dominum sedentem in throno & dixit, Quem mittam, & quis ibit ex nobis?

haud

PHO. ARR. ET ATHA. 60  
haud dubium quin ad prædicādum populo huic. Cum ergo singulariter dicit. Quem mittam, vnum indicat deum. Et dum infert pluraliter, Quis ibit ex nobis, aperte trinitatem insinuat. Percipe adhuc manifestorem, si mentis aures gestas apertas, huius fidei veritatem . Conditorem cœli & terræ, partem esse & filium & spiritum sanctum . Ex ijs quæ iam superius protulimus, euidentius declaratur, cum pluraliter dictum suis se docuimus, faciamus hominem, ubi tota trinitas ipsa intelligitur hominem fabricasse, sicut haec eadem rursus in baptismate creditur hominem reformatum, vel etiam illud quod propheta ait, verbo domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorum . Et Solomon ex persona sapientiae pronunciat dicens, Cum pararet cœlos aderam illi, cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram coram illo componens omnia. Constat igitur ut dixi patrem & filium & spiritum sanctum . i. totam trinitatem, mundi creatricem esse. Audiamus ergo per Isaïam prophetam, quod tres vnius sit Deus. Dicitur enim ibi, Ego Deus formans cœlos solus, & stabiliens terram, & nullus tecum. Vtrum patris an filij volueris hanc esse vocem?

## DISPV. INTER SAB.

Si non totam trinitatē vnum Deum credideris , hæc sententia non stabit . Ait enim stabiliens terram & nullus mecum . Et utique filius cum patre erat qui dicit , Cum pararet cœlos aderam , & cum fortia faciebat fundamenta terræ , ego eram penes illum . Cum igitur clareat in conditione orbis solitarium non fuisse patrem , quippe cui aderat spiritus sanctus , & filius , ut pote vnius diuinitatis virtutisque consortes , quid est quod se solum , nec ullum alium secum fuisse testatur , nisi ut intelligas se ipsum & filium & spiritum sanctum , vnum dixisse Deum , cum quo alias extraneus , & à natura eius alienus non fuit Deus . Et recte Moyses de filijs Israël locutus est dicens , filius ducebat eos , & non erat cum eis Deus alienus . cum vtique & filium & spiritum san-

*Fo. istud.* Etum cum populo fuisse , nec iste possit Arius denegare ? Sed filius & spiritus sanctus , nō est alienus , qui cum patre est vnuis Deus . Audiamus autem & beatissimum Paulum , de hoc eodem mysterio apertius differentem & tres vnum Deum cōfitementem vel cōfirmat̄em , sicut in libro quem aduersus Maribaudū nefādē hærefeos vestrę diaconū edidim⁹ , plenissimè cōstat exp̄sum , de quo nūc in hoc

## HO. ARR. ET ATHA: 61

hoc loco per pauca interserimus . Dum ergo ille obijceret , quod vno excludat æqualitatis trinitatem , æqualitas repellat vniōnē , inter alia multa hoc ego retuli . Audi (inquit) Apostolum , hanc trinitatis vniōnē calcatius prædicantem . Dicit in epistola ad Corinthios prima . Diuisiones donationum sunt , idem autem spiritus . Et diuisiones ministeriorum sunt , idem autem dominus . Et diuisiones operationum sunt , idem autem Deus , qui operatur omnia in omnibus . Quia trinitas est , tres nominavit . Et quia ipsa trinitas vnuis Deus est , cum tres cōnumerasset personas , non dixit pluraliter , sed singulariter , qui operatur . Et ne prauo inquit intelligēti sensu , de patre eu solo dixisse arbitris , qui operatur omnia , & non etiam simul de filio & spiritus sancto , diligenter in subiectis quid dicat , ausculta . Cūm enim multa diuinæ gratiæ opera numerasset , ait : Hæc autem omnia operatur vnuis atq; idem spiritus . Cernis operantem patrem , operantem filium , operantem spiritum sanctum , & cūm simul tres operentur , non de eis dicitur , qui operantur , sed qui operatur , ut vnuis Deus in trinitate monstretur . Item filium & patrem idem Apostolus nominas ait : Ipse de-

## DISPV. INTER SAB.

minus noster Iesus Christus, & Deus pater qui dilexit nos, & cùm de duobus nominaretur, & vnu esse ostéderet, nō dixit, qui dilexe rūt, sed q̄ dilexit. Nec ait consolent̄, sed cōso let corda vestra. Itē, Ip̄ se autē Deus pater noster, & dñs Iesus Christus dirigat viā nostrā ad vos. Nec hic ait, dirigant, sed dirigat. Hancenū de illo opere mutuatisimē Trinitatem vnu Deū esse, apostolico sensu docuerim, ad reliqua festinemus. Exemplis etiā naturalibus hoc fidei sacramentū posse maximē cōmendari, apostolorum edocent acta, narrāte Luca de credentiib⁹. Multitudinis autem credentiū erat cor vnu & anima vna. Si hoc fidelib⁹ per baptismi regenerationē cōtulit gratia, vt multe eorū animæ, vna sit aīa, cur nō multo cōgruentius de trinitate credit, quod vnu sit Deus, vt q̄ vnu p̄ gratiā, hoc illa trinitas habeat per naturā. Nam & si diligenter perspiciamus, inuenimus etiā in nobis quiddam nature, quod illi beatissime atq; ineffabili adsimiletur, licet longè aliter trinitati. Neq; em̄ frustra scriptum est, Deū fecisse hominē ad imaginē & similitudinem suā, hominē ergo ex trib⁹ cōstare, id est, ex aīa & corpore, & spiritu, apostolus testis est, dicens: Vt integer corpus & aīa & spiritus in diem

PHO. ARR. ET ATHA. 62

diē dñi nostri Iesu Christi seruet. Si in corruptibili & cōposita natura, tātē vnitatis mysteriū reperit, vt vnu tres sint, & tres vnu homo sit, quāto pulchrius & honestius de trinitate accipit, q̄ vnu sit Deus, nō cōfusi onis permisiōc, sed vnitate nature? His ergo & alijs q̄plurimi testimoniorū documētis, rerumq; exēplis imbuti, nec Sabellii incurrimus, tres vnu Deū fatēdo, nec tuę perfidię laqueis irretimur, dū hunc Deum trinitatem esse ingenuē profitemur. Probus iudex dixit: Contra hēc quę Athanasius prosecutus est, si quid tibi ē diuerso replicandum remansit, in medium proferre curato. Arrius dixit: Sunt quāmplurima quidē, quę filiū & alterius nature, & inferioris doceant esse potētię. Sed quoniā alibi à nostris cōtra istorū errores plenius obiecta sunt, qd opus est hēc eadē rursus repetere, & laciniosam alterationis p̄ebere materiā? Si placet igit̄ de habitis inter nos disputationib⁹ fertō sententiā, Probus iudex dixit: Iam superiū interfatus sum. Semiplenam nō oportere sententiā promere. Supereft, vt si quid vobis remansit, peragere dignemini. Arrius dixit: De his quæ cognitioni tuę placuerunt, pronunciare dignare. Athanasius dī-

## DISPV. INTER SAB.

dixit: Reliquarum questionum, quibus Arrius opinatur posse filium à patre ostendī minorem, principale illud est, quod idem filius ait, Pater maior me, quod iam cognoscitur intētas, & huic velut capiti cuncta questionum inhērent membra. Nam quod ait: Non ueni facere voluntatem meam. Et, Nō potest filius à se facere quicquā. Et, Sicut docuit me pater, sic facio. Et, Doctrina mea non est mea. Et, Me oportet operari opera eius, qui misit me. Et, Ego sum vītis, & pater meus agricola est. Et, Ego viuo propter patrem. Vel, quod diem se ignorare fatetur. Et quod patrem suum vocet Deum. Et de calicis translatione precatur, & se in cruce dērēlicitum conqueritur. Et quod spiritum sanctum patri cōmendat. Et si quę possint alia huiusmodi esse, illo respiciunt, quę à nobis cū omni metu & reuerentia secundū dispensationem carnis, qua non solū patre, verum etiam angelis & hominibns minoratū, & dicta vel facta intelliguntur, tantoq; nos beneficio eius obnoxios credimus, quāto hęc & indigna esse non ignoramus, qui nos tanto dilexit amore, vt ad ista tam vilia, tam iuriosa semetipsum voluerit inclinare. Nam quia angelis minoratus est, iā suprà, vt memini,

PHO. ARR. ET ATHA. 63  
 mini, docuimus plenius, vbi dicentis Apostoli verba posuimus. Hunc autē Iesum vidimus propter passionem mortis paulò minus ab angelis minoratū. Quod verò & hominibus minor sit factus, Isaiam audi dicentem: Vidimus eum, & non erat species eius neq; decor, sed species eius despecta, & deficiens super filios hominum. Sed & Lucas euangelista de eo ait: Et erat subditus parentibus suis. Quę omnia, si secundum humanitatis formam accipientur, non solum patre, sed & angelis & hominibus inferior eius diuinitas inuenitur. Verū quia utramque in se naturam habuit, Dei scilicet & hominis, utriusq; res naturę loquitur, atq; ait: Neque eiusdem enim naturę est dicere, Pater maior me est, & dicere: Ego & Pater unum sumus. Dicere non potest filius à se facere quicquā, & dicere, Omnia quęcunq; pater facit, hęc & filius similiter facit. Dicere, Nō veni facere voluntatem meā, & dicere: Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic & filius, quos vult, uiuificat. Vnde & cum auctoritate liberę voluntatis, leproso ait: Volo, mundare. Non ergo inquā vnius naturę est, presepis gremio cōtineri, & astrorum indicijs prodi, hominibus subijci, & ab angelis

## DISPV. INTER SAB.

lis ministrari, de loco ad locum fugere, & vbiq; presentiā sui exhibere, terrā incolere, & cœlestia nō deserere, tentari à diabolo, & eius in abyssum mittere legiones, esuriem sustinere, & multa hominum milia saturare, aquam sitire, & fluentes latices in vini naturam mutare. Vnius momēti ad extinguen-  
dam sitim, putealia pocula poscere, & vndosi amnis perennes meatus tribuere. Rati-  
bus equora transmittere, & eadē incessū mi-  
rabili, siccō vestigio terere. Ignorare diem,  
& patrem scire. Duas potentibus sedes non  
concedere, & sponte duodecim simul pro-  
mittere thronos. Mortem fortem formida-  
re, & morti illudere. Capi, timere, & captiuos  
reducere, totaqué inferni iura penitus  
compilare. Desolatum se conqueri, & mox  
latronem patriarcharum confortio adscis-  
cere. Omnia ex nihilo condidisse, & eo-  
rum potestatem triumphata morte accipe-  
re. Vides ergo cognitor optime Probe, in  
hac dispensatione carnis adsumptæ, diu-  
nitati nihii fuisse penitus derogatum, dum  
vbi corpore humilitatis impletur officium,  
ibi diuinorum coruscant miracula virtu-  
tum. Ergo æqualis est patri, iuxta id quod  
Deus est, & minor est patre, iuxta id quod  
ho-

## PHO. ARR. ET ATHA. 64

homo fætus est. Hæc idcirco ego breuiter  
in vnum responsionis cuncta cōgesi, quo-  
niam de his omnibus quæstionum capi-  
tulis, latius & pleniūs beatus noster dispu-  
tauit Ambrosius. Contra quem Palladius *Ambroſiū*  
Arrianæ perfidiæ episcopus, dum iam cre-  
do ille sanctus humanis rebus suis etiam  
exemptus, in refutatione dictorum eius quædam  
credidit conscribenda. Si quid ergo nunc à  
te obijci potuit, ille iam suis obiectionibus  
occupauit. Cui quoniam iam vno respondi  
libello, melius reor, si qua hic fortasse omis-  
sa videntur, ibi pleniūs diuina opitulan-  
te explicare, vt in illo se quoque Arri-  
us superatum agnoscat. Quamobrem di-  
gnare optime Probe, vltimam de cogni-  
tis ferre sententiam. Probus iudex dixit:  
Si post innumerabilia testimonia Arrio ali-  
quid remansisse videtur, proponere non  
grauetur, quanquam vt reor, nihil respon-  
sionis remanserit, quibus videlicet respon-  
siōibus possit Athanasiū de vnius substatię,  
id est, ὅμοιοι ratiōe depellere. Sed ne post-  
modū dealiqua oppresiōe causef à nobis,  
nullus ei ad respōdēdū locus adimit. Arri⁹ di-  
xit: Nulli dubiū est, q̄ magicis artib⁹ Athana-  
s⁹ nō desinat iudicū puerere sensū, vt recte  
fidei *hucusque*

## DISPV. INTER SAB.

fidei tranitem, erga eos, qui eam religiosius  
sestantur & colunt, tenere non possint. Et  
idcirco quod in examine tui culminis expli-

care non valeo, principiis iudicio referubo,  
*al. & magis* vbi veritatis indago præpollet, \* & magicæ  
cas artes ob artes non violent, vbi veræ fidei obseruan-  
ueræ fidei ob tiam, præualere posse credendum est. Atha-  
seruantiam nasius dixit: Qui suis adsertionibus adesse  
præudere nō posse credē-

dum est. mentis vel cauillationibus excusationem si-

bii inuenire non desinunt, sicut nunc id fa-  
cere Arriū, pleniū vestra perspicit magni-  
tudo. Mihi verò ad omnia, quæ ab eo in cul-  
minis vestri præsentia præposita sunt, veram

*al. iudicati,* fidem veridicare, respondisse sufficiat. Pro-

bus iudex dixit: Imperitorum & minus de-  
scientia præsumentis est prauitati potius stu-  
dium dare quam veritati patientiam cōmo-  
dare, cum id adfertoribus fidei conueniat,

veritatem potius sequi, quam erroris vel fal-

sitatis compede præpediri. Horum igitur

mos est, qui cum suæ perfidiæ caussam ad fi-  
nem usq; venire confexerint, metuētes ne

cūctis hominibus eorū perfidia innotescat,

ad potioris se conferre sententiā, ignorātes,

*al. præsentia.* quoniā & illic veritati attribuitur victoria,  
vbi potentiae liberalis sententia promulga-

tur.

## PHO. ARR. ET ATHA. 65

tur, Frustra igitur Arrius videtur de nostro  
iudicio, ad principis appellare præsentiam,  
cum in conflitu certaminis, nihil aduersus  
se senserit prauitatis, qui suam ignauiam qui  
buslibet modis obtegere cupiens, ad prin-  
cipis visus est conferre præsentiam, quem con-  
stitut Athanasium ab homousij defensione,  
quod vnius est substantiæ, diuellere penitus  
non potuisse. Sed ut eius superflua decreuit  
intentio, eum ne faciat nullo modo refrena-  
bo, ne vieti personam non sustinens de adé-  
pto téporis spacio glorietur. Meq; vero soler-  
tiæ erit, vniuersa quæ ab vtrisque in nostra  
cognitione prolata sunt, glorioſi sensibus  
principis intimare, vt falsidicis ambagibus  
procul amotis ad victoriæ palmam \* puræ fi

*Al. Athan-*  
dei adfertor valeat peruenire.  
*fius.*

## PROBI IVDICIS SEN- tentia.

**P**robus iudex dixit. \* more veritatis & *Fort. amore*  
fidei inter seftatores Christianę reli- *Quæ sequun-*  
gionis, id est, Athanasium Sabelliun *tur usq; ad fi-*  
Arriū & Fotinum arbiter sedi. Qui qm diuer- *nē libri hacte*  
sitate dogmatum & sententiarum varietate, *nus desidera-*  
longo discriminis interuallo à se inuicem *ta sunt.*  
dirimuntur, studiosius explorare curaui, cu

I ius

## DISPV INTER SAB.

iusnam eorum fides veris assertionibus insigniretur. Quod ut facilius cognoscere possem, singillatim eos fidei suę feci, pferre sententias, easdemq; documentis probabilibus roborare mea interlocutione flagitaui, obui antibus sibi scilicet & refellētibus his, qui cōtrauenirent vt alijs defendantibus, alijs obnitentibus lucidissimę veritatis agnitione pande retur. Quod eos ita fecisse ipsa prosecutiois lectione demonstratur. Cum igitur Sabellio primum, disputandi licentiam consultatiōe potius quam auctoritate tribuisse, talem de Deo sententiam protulit, qua diceret patrē ita solitarium & singularem sine villa extatis filij vel spiritus sancti persona subsistere, vt ipse magis filij atq; spiritus nomine cōfatur, trinomium adserens Deum, id est, tā quam si vna species vel persona tribus vobulorum nominibus nuncupetur, nō distincione generis, sed officij pmutatiōe, vt pater non quia genuit, sed quia cōdidit, habeatur, idēq; ipse de paterni honoris dignitate decidens, per quædam naturæ augmēta, aut potius detrimenta in filij nomine ex virgine ortus, natuitate transferit, sed hæc inepta & impia esse omniq; fidei veritate carentia, eorum qui contraueniebant prosecutionibus mani-

## PHO. ARR. ET ATHA. 66

manifestissimè claruit. Ostensum nāq; est multis & copiosis diuinarū lectionū probamentis, & patrem & filium & spiritū sanctū suis specialiter, & proprijs extare personis, & alium esse genitorem, alium genitum, aliū geniti atq; ingeniti spiritū sanctum, licet secundum Athanasij probabilē fidei veritatē, aliud esse non possunt, cum alias atque alias credi possint & profecto sint. Quia enim uero extrema atq; profundæ stultitiae genus est, patrem nominare eum qui non genuit, & filium credere eum qui genitus non sit<sup>For. p. 42.</sup>, super inania & reb<sup>o</sup> \*vacuis falsorū nominū commēta, humanarum mētium sensus, atio care & ludueris sentētiarum obiectiōibus fidei Christianæ illudere. Postquā ergo istius erroris præstigia pdita patuēre & Fotinū fidei suę si valeret, adesse mea interlocutione præcepi, q; in ipso prosecutiōis suę exordio dām nostrū Iesum christū purum hominē & verbi diuinitate vacuum fuisse adseruit, & eo vñsq; per quosdam beatę vitę profectus illustrius emicuisse, vt in Dei ac dñi appellatiō nem iure transierit, non naturali dignitatis priuilegio, sed accidentis probæ ac dignissi mæ merito actionis: impium esse dicens naturam diuinitatis in eo accipere, qui & ma-

*For. p. 42.  
For. vacuis*

## DISP V. INTER SAB.

terni vteri gestamine vectus solennes fœni  
nei pudoris conditiones transierit, & cunas  
vagitusq; expertus, ætatis quoque fortitus  
sit inermenta, & in tantum nostræ fragi-  
litatis cōmunia non euaserit, vt & esurierit  
& sitierit, ignorauerit, vt tentatus sit, moriti  
muerit, & mortuus sit. Illa vero quæ in eius  
gestis miraculis plena narrantur, nō vt deus,  
quod non erat, egisse, sed munere patrocina-  
tium meritorum diuinitus afferit impera-  
se. Sed hęc etiam probrofæ infidelitatis do-  
ctrina, numerosis & multiplicibus documé-  
ris impia esse & inanis apparuit, & Deum  
quoq; esse, quem ille solum hominem con-  
tédebat ex illo pręcipue claruit testimonio,  
quo Ioannes Euangeliſta testatus est dicens,  
In principio erat verbum, & verbū erat apud  
Deum, & deus erat verbum, hoc erat in prin-  
cipio apud deū, omnia per ipsum facta sunt,  
& sine ipso factū est nihil, p quod nō solum  
ante secula deum apud deū, verum etiā toti-  
us creatiōis extitisse authorem declaratum  
est. Plura etiam & alia his similia sicut pro-  
secutiōnum corpore tenetur, & \* pr̄sunt pro-  
lata testimonia, quibus dilucide apparuit,  
hoc uerbum deū de patris vtero ante secu-  
dum, la genitum, & in fine temporum ob amore  
homi-

*Propræſen-  
tia ſunt, uel  
potius antece-  
dunt, la genitum, & in fine temporum ob amore  
homi-*

## PHO. ARR. ET ATHA. 67

hominum nostri generis suscepisse naturā,  
in qua ſalua sui natura, in vna tñ eadēq; per-  
fona omnes humanę fragilitatis\* ſubierūt pas  
*Fotino, & ubiſtas.*  
fiones. Excluso itaq; etiam Fotino, & eius er-  
rore meis interfati⁹ abdicato, pōdus omne  
negocij, & tota fidei ſumma ex Arrij atque  
Athanasij alterationis conflictatione pen-  
debat. Quibus dum ineundi certaminiſ co-  
piam tribuiffé, hunc Athanasius fidei ſuę tra-  
mitem pandit, vt patrē & filium, & ſpiritum  
ſanctum, vnius eſſentię, vniuſque diceret eſ-  
ſe naturae. Econtra vero Arrius referebat, in  
tantum vnius eos non eſſe ſubſtantia, vt di-  
gnitate, potentia, honore, patrem filio mul-  
tum excellere, filium vero intra hęc, & longe  
inferius ſubſiſtere diceret. Homousij quo-  
que vocabulum tanquam peregrinum, &  
ab scripturis diuiniſ alienum, nuperq; apud  
*Fot. magis,*  
Nicæam argumento,\* quam authoritate re-  
pertum, penitus repudiandum aiebat, aut  
certe diuiniſ contineri literis ſibimet demō  
ſtrari poſcebat. Alioquin nominis ſimul fa-  
ciendā eſſe iacturā, obnixiſimè perorabat.  
Sed Athanasius vtrum nominis nouitate,  
an verbi virtute offenderetur, dū inquireret,  
vtrunque ſibi Arrius diſplicere aiebat. Ex-  
quo apparuit eū, non ob hoc homouſion ſu-

## DISPV. INTER SAB.

scipere nolle, quia nouum erat, sed quia fidei eius molimina destruebat. Sed dum iterum ac sepius proprietatem vocabuli, pure & specialiter in scripturis positi flagitarer, id Athanasius allegabat, ecclesiasticæ consuetudinis esse, quando apostolicæ fidei terminos insolens & temeraria hæreticæ fraudis auctoracia præterisset, his propositionum nexibus inenodabiliter vinciretur, quibus ipsam catholicæ sensus libertatem intra perfidiae suæ laqueos implicitam retinere putabat. Et ut se Athanasius antiquorū auctoritate muniret, talia priscæ consuetudinis exempla protulit, quæ & Arrius non solum negare non posset, verum etiam pari cum eo fidei ratione defenderet. Proposuit igitur ad demonstrandam super nominum nouitatisbus antiqui moris rationem, qua contra Sabellium, qui patrem genitum adscrebat, ingenitū atq; innascibilem debere catholicos profiteri, præteriorū conciliorū decreto suis ē initum, cum hoc ipsum evidēter positū, diuinæ scripturæ auctoritate ostendi nō posset, sed hoc profitendum, & ipsa rei veritas & necessitas hæreticæ professionis exigeret. Item Deum de Deo, lumen ex lumine, filium confitendum, Episcopos religio-

nis

PHO. ARR. ET ATHA. 68  
nis, quam Arrius tradidit sectatores, in Syr mensi synodo tradidisse, quod ipsum & sim pliciter & specialiter in scripturis diuinis po sitū inueniri non posse: & quād plura his similia protulit documenta, quæ gestorum se rie tenentur expressa, quibus ostenditur ob ostendendas hæreticorum insolentias, nouo rum nominum vocabula fuisse presumpta, nec tamen contra vetitum apostolicæ sententiæ eos fecisse credendum, quæ prophanas vocū nouitates precepit euitandas. Sed pro phanas inquit, non religiosas. Nam religiosum esse, ingenitum dicere patrem & filium deū de Deo, lumen ex lumine, veros quoq; Christianos catholicos nuncupari, noui no minis docetur esse vocabulū. Similiergo modo aiebat Athanasius etiā Nicæno euenisce cōcilio, vt quæ Arrius cōtra fidē rerū, triou sion. i. tres substatiæ inducebat, homousiō. i. vñius cum patre filiū substatię confitendū episcopos cēsuisse, & erat omnīo cōsequēs, vt si homousij professio tanq; à lege peregrī na cassatur, triusq; quoq; inuentio pari ratione confrustrēt, aut certe doceret Arrius, triousion specialiter in lege conscriptum, sicut Athanasium de homousij proprietate cogebat, sed cum hoc penitus ostendere

I 4 nequi-

## DISPV INTER SAB.

nequiuisset, claruit eum superflua de Athanasio exegisse, que ipse minimè potuit demonstrare. Et cum tē pari questionis vinculo arcatum cognosceret, tandem aliquādo in eum sententiæ placitū reflexit, vt nudi sermonis probatione omissa, rebus atq; rationibus edoceret, Patris & filij aut vnam aut diuersas esse naturas. Sed hinc Athanasius clarius atq; apertum vnius substantiæ initiū dabant, quo patrem ex ipso, & non extrinsecus filiū genuisse monstrabat, fieriq; non posse, aliud eū, quā id, quod ipse est, edidisse, cum & diuinę generationis veritas, pro sui honoris reverentia, id esse credendum exigeret, & rerū naturalium consuetudinis auctoritas inuitaret, non posse parentes dissimilis naturæ filios procreare. Et ideo secundum Arrij sententiam qui alterius substantiæ, q̄ pater est, filiū asscrebat, hoc humano sensui intellegēdum posse reliquit, vt si vere filius in diuersitate naturę est, non tam genitus quam factus esse videatur, sicq; vacua & inanis filij patrisq; appellatio, dum specie tenus magis quam veraciter, aut ille genuisse, aut hic natus prædicatur, aut si uere quidem de patre natus adseritur, nec tñ vnius cum eo, eiusdēque substantiæ creditur, degenerem eum, &

instar

## PHO. ARR. ET ATHA. 69

instar alicuius móstri, aliàs quā paterna natura dictabat, æditum conuenit profiteri, Quod cum sanctæ illi beatissimæ atq; ineffabili non congruat maiestati, maxime cum & animantes ab hoc pessimæ conditionis prodigo natura liberos reddidit, ne aliud quam quod ipsa sint, generēt, liquido comprobatur, eiusdē filiū cuius pater esse nature. Sed cōtra hēc Arrius illud præcipue opponebat, patrē non potuisse ex se filiū generare, ne per hoc diminutionis alicuius vel corruptionis vitio videatur esse subiectus, q̄a ex semetipso (vt aiebat). i. ex hoc q̄ ipse est filiū genuisse creditur, aliquā vtiq; substatię suę portionem à se ipso secreuisse putabif, per quod sine dubio à suę pfectiōnē plenitudine admodū desciscēs, & diuisus profecto, & imminutus esse videbit. Quod obiectiōis capitulum, tali Athanasius veritatis ratiōe submouit, esse impossile dicēs, deū qui incorporeus sit & uisibilis, atq; impalpabilis, id in se recipere vel habere, q̄ sit diuisiōis aut corrūptiōis vitio subiectū, qm̄ scilicet diuidi vel minui cōrectabilitū soleat & corporaliū esse materiarū. Deū vero qui in nullo est horum, tale aliquid perpeti omnino nō posse, & ob id credēdum quodd genererit, q̄a se genuisse

I 5 testa-

## DISPV. INTER SAB.

testatur. Corruptum autem hac ipsa generatione, omnino non fatendum, quia semper incorruptus, maximè, cùm pleraq; inueniantur in rebus corporeis & corruptioni subiectis, ita ministrari vel nasci, vt nullum suis, vnde gignuntur materijs, adferat detrementum, sicut lumē à lumine sumptum vel accensum, & per quosdam profectus natuitatū ministratum, diminutionis damnum originali possit adferre materiæ, cùm & diuinus sacratissimæ virginis partus, tale aliqd in se miro atq; inexplicabili sacramentorū mysterio fuisse demonstrat, dum sine dāno pudoris Deo plenus vterus vacuatur. Et si virginalis integritas, si natura corruptioni obnoxia, Deum pariendo non corrūpit, quomodo natura incorruptibilis patris eūdem Deum generando, corrumpi potuisse credat? Sed iterum Arrius patris & filij, longè imparem dissimilemq; naturam, hinc ostendere nitebatur, quòd filius minorem sedixerit patre, & nō suam, sed eius in omnibus facere voluntatem. Multaq; alia in hunc sensum cōuenientia, de se ipso fassum fuisse adseruit, quæ mihi ad demonstrationē dissimilis naturæ, satis imbecilla & multū incōgrua videntur. Quasi verò, si quilibet filius homo,

PHO. ARR. ET ATHA. 70  
homo, patris hominis faciat voluntatem, & cùm sibi præstantem fateatur atque maiorem, diuersæ ab eo poterit esse naturæ, dum & si possit pater honore præferri, non tamen natura discerni. Quod quidē ego legi, atq; cōditione naturæ humanæ dixerim. Ceterū Athanasius manifestatione & sententia, huī nobis intelligētię viā aperuit, in qua omni cunctationis discussa caligine, clarū veritatis lumen eduxit. Quid emad totius erroris nebulas effugādas, dici vel credi manifestiūs potuit, q; sicut in vno Christo duas credimus esse naturas, Dei scilicet hominis, geminā quoq; in eius verbis vel actis rerū cognoscamus esse virtutē, vt ea quidē, quæ sublimiū loquit̄, id est, Ego & pater vñū sum<sup>o</sup>, & cetera his similia, ad diuinitatis referātur naturam, quæ verò humiliū, secundum hominē fuisse locutū? De spiritu quoq; sancto competens habita est disputatio, quem Arius à cōmunione naturæ patris & filij, per creaturæ confessionem longè secretum atque alienum esse putauit. Sed quòd vnius sit eiusdēq; substatię, hinc præcipue Athanasius demonstrauit, dum ea eum loqui atq; agere, quæ non nisi Deo possibile sit operari velloqui, taliaque de eo referri, quæ nulli con-

## DISPV. INTER SAB.

cōueniunt creature, per docuit. Et ideo à patris & filij deitatis vnitate extraneum vel diuisum esse non posse, quē similis atq; eadem operū virtus demonstravit & qualē. Qui & re vera, detestabili prauitatis errore, patris & filij societate alienus putatur, quia parem nominis virtutisq; honorem cū eisdem obtinere monstratur. Difficilem quoq; illam (& vt Arrius autumabat) insolubilem quēstionem, quōd tres vnum Deus dici, & idē tribus distingui non posse personis intentauerat, ita Athanasius diuinæ scripturæ auctoritate dissoluit, vt maioris sit absolutione veritatis enodata, quām fuerit per syllogismos versu tiarū plūctiles inuoluta. Manifestius namq; docuit, quōd in Trinitate vnum Deus sit per naturæ vniōne, non secundum distinctionē personarum. Et idcirco tres vnum Deus est, quia trium vna natura est. Quia & cū multæ animæ vna anima, & cū omnes homines vnum homo dicitur, secundum naturæ conditionem, quæ omnibus vna est, non secundum diuersitatem adseritur personarū. Igitur qui natura vnum est Deus, idem in personis tres sunt, Pater, & filius, & Spiritussanctus. Si ita horum trium nomen cōmune requiris, vnum Deus est, in quo vno ac singulare

## PHO. ARR. ET ATHA. 71

lari nomine baptismi mysterium celebrat. Baptizate (inquit) gentes in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Iuxta quā nominis cōunionem, & pater Deus, & filius Deus, & spiritussanctus dicitur Deus. Et cū vnu quisq; eorum singulariter Deus sit, deo statamen eos pluraliter dicere, naturæ vnitatis nō admittit. Quoniā naturæ nomē, quod Deus est, non priuatum vnicuiq; & peculiare, sed cōmune est. Et quōd cōmune atq; vnum, plura esse non potest. Et ideo trinitas non pluraliter dīj, sed vnum dicitur Deus. Vbi vero peculiare aliquid, & quod in aliud nō reciprocatur, inest, ibi & pluralitas & distinctio haberi potest. Quia ergo pater propriè dicitur, & filius propriè nuncupat, & spiritussanctus propria appellatione distinguitur, nec potest pater filius, nec filius pater, nec spiritussanctus, aut filius, aut pater intelligi, rectissimè secundum distinctionē personarū tres nominātur, qui tamen secundū naturæ vniōne numerari nō possunt. Et ideo tria sunt nomina in personis, pater, & filius, & Spiritussanctus, vnum nomen in natura Deus, & ob hoc tres vnum Deus. Ergo nec confusio in tribus, nec diuersitas in uno admittitur nomine, ac sic trinitas vnum Deus est, secun-

## DISPV. INTER SAB.

secundū naturæ vniōnem, & vnuſ Deus trī  
nitas secundum personarū distinctiōnē.  
Hæc iuxta ſenſum Athanafij verius adhuc  
& pleniū potest quisq; diſferere, cui fidei  
adſertio, tanta veritatis auctoritatē, tantaq;ue  
probabiliū rerum aſtipulatione fulcīt, vt no  
uo atq; inuifato actionis genere, ſuorū mag  
gis aduersariorū teſtimonio cōprobetur, &  
ipſis, & alijs rationib; cōſtet atq; ſubliſtat,  
quibus deſtrui poſſe putat. Dixit enīm Atha  
naſius, tres eſſe perſonas, & vnam eorū eſſe  
natūram. Quæ ſententia Sabellij quoq; &  
Arriji teſtimonio cōprobatur, nā vſq; adeo  
Pater, & filius, & Spiritus sanctus, vniuſ ſunt  
potestatis, vniuſq; natūræ, vt Sabellius tantā  
vim cōſpiciens vnitatis, vnam & ſingularem  
eſſe putauerit perſonā. Sed in tantū non eſt  
vna perſona, ſed tres diſtincte, vt Arriju eos  
inequaſes, & natūra dicat eſſe diuersos. Er  
go ineq;ualitas Arriji, diſtinctionem indicat  
perſonarū. Cōfusio Sabellij, natūræ aperi  
tiū vniōnem oſtendit. Rurſus Photinus ad  
conſirmationem ſententiæ fuæ, qua putat  
Christum purum hominem eſſe, illa repli  
cat teſtimonia, quod idem Christus hu  
manæ conſcius natūræ, aut locutus eſt, aut  
peregit, id eſt, dum patrem ſibi maiorem,

88

PHO. ARR. ET ATHA. 72  
& non ſuam, ſed eius dicit ſe facere voluntā  
tem, & cætera hiſ ſimilia, quæ diſputationis  
corpoſe pleniū habentur expreſſa, eu  
identiſſimè Athanafij cōprobat fidem, qua  
Christum adſeruit hæc omnia non ſecun  
dum diuinitatis, ſed ſecundum humanita  
tis, quā idem geſtabat, fuſſe natūram locu  
tum. Sed & cū Arriju ex infirmitate diſtorū  
vel geſtorum eius, creaturem eum vult intel  
liſi, indignū videlicet iudicans, natūram in  
eo Dei omnipotentis accipere, quem con  
ſpicit tantis neceſſitatū conditionib; ſub  
iacuſſe, nō ſolū per hæc Athanafij ſententiā  
robustiū firmat, quā in Chriſto ſecundum  
diſpenſationē carniſ accipiendā eſſe defini  
uit, quęq; viriliter aut locutus eſt, aut pegrat,  
verum etiam ſimili cū Photino perſidię vi  
nculo tenetur adſtrictus, dum & ipſe pari  
ſententiā filium Dei creaturem ausus eſt de  
finire. At quanq; in eo ſint diſſimiles, quod  
Arriju cœleſtem creaturem, & ineliorē cœte  
riſ filiuſ Dei opinatus ſit, Photinus verò ter  
refrem, vterq; tamen eorum creature nomi  
ne copulatur, dum ſiue cœleſtem, ſiue ter  
renam dixerint, minimè tamen à creature  
confiſſione diſcedunt, adimetes vtriq; filio  
id quod de patre natus eſt, & hoc ſolū ipſo  
adſer-

## DISPV. INTER SAB.

adsertionis genere idonei, vtriq; sunt Athanasio testes. Sed & dum Christum creaturā fatentur, errore consimili reperiunt̄ equa-les. Probabilis igitur, & omniū veritatis adser-tione subnixa, vt pote apostolicis tradicio-nibus cōmunita, ex eorum veniens regulis Athanasij fides apparuit. Evidentiū namq; nobis secundum normam catholicæ fidei, vnum Deum ostendit, non tripartitum, nō singularem, non confusum, non ex diuersi-tate compositum, nō quadam cōpositione vnitū, sed ita patrem, & filium, & Spiritūsan-ctum, proprijs extare atq; distingui perso-nis, vt tamē secundū cōmuni naturæ vno-nem vnu sit Deus. Illa quoq; anilium fabu-larum figmenta, quibus Arrius & Photinus, pariterq; Sabellius, dubia vocabulorum no-mina patri & filio tribuebant. Dum vnu eū ipsum sibi filium effectū, alijs eum non tā ge-nuisse q̄ creasse, inanissimē iactabāt, veri-tatis adlērtione destructa cesserunt. Nam li-cet per varios errorum incesserint calles, ad vnu tamē compitū peruererunt. Toti em patrem nō genuisse dixerunt. Siquidem Sa-bellius & Photinus aperta hoc impietate ad-struere conati sunt, \*vel nisi. Arrius verò in-dundare prima quidem disputationis fronte subti-

\*uidetur re-  
spondere  
liūs

## PHO. ARR. ET ATHA. 73

lius eludendum putauit, sed processu certa-minis hoc ipsum pertinaci impudentia de-fensauit, aſterens patrem non ex ſeipſo ge-nuiffe, ſed extrinſecus filium creauiffe. Ac per hoc ſecundum iſtorū nefandos errores fruſtra dicitur pater, ſi non genuit, incaſlum appellatur filius, quem genitum non eſſe hāretica impietas diffiniuit. Sed quōd hāc cōmenta fuerint vaniſſimæ ſuperſtitioñis, apertissima Athanasius veritate perdocuit, oſtendens patrem verē genuiſſe, & filiū ipſa paterni nominis veritate, verē genitū eſſe. Cessit igitur mendacium veritati, & omnis fucus adulterini dogmatis, integritate fidei maniſtata, tandem aliquādo euanuit, atq; tota nebulofe adsertionis caligo, quæ craſfa perfidiæ velamine, humanas obduxerat mentes, ita nitore fulgentis fidei, viſq; ad pu-rum diſcuſſa eſt, vt ne vestigium quidē ſui potuerit erroris relinquerē. Vnde hortor & ſimul in cōmune ſuadeo, cunētos qui ſe no-uerunt Sabellij, Arrij & Photini, vel cuiusli-bet alterius fičti dogmatis erroribus impli-citos, ſi propriæ ſaluti consulunt, ſi lumini cœcitatē non präferūt, ſi ſibi obeffe no-lunt, quod tam diu à veritatis lumine per palpabiles inaniū opinionum tenebras er- k rau-

DISPV. INTER SAB.

rauerunt, si sibi prodeesse cupiunt, quod Christiani dicuntur, omni verecundiæ pudore postposito, relinquentes noxia humani cōmenta erroris, quibus verbum se reperisse fallebantur, & quibus sub prætextu Christiani nominis, à Christi confessione procul extorres habebantur, totis viribus, totisq; fidei nisibus, ad verum & rectum apostolicæ fidei tramitē, cuius Athanasius idoneus & fidelis adsertor extitit, retinendum ocyus festinare cōtendant, vt verę integrę confessionis p̄emium indubitata forte capessant, Amen.

¶ Sententia Probi iudicis in Sabellium, Arrium, Photinum hæreticos, pro Athanasio Alexandrino antistite, orthodoxæ fidei adsertore lata finit.

74

B. VIGILII  
MARTYRIS ET EPI  
SCOPI TRIDENTINI, LIBRI  
V. contra Eutychen, & alios hære  
ticos, non recte de naturarum  
proprietate, & personæ  
Christi unitate sen  
tientes.

k 2 AR



ARGVMENTVM LIBRI PRI-  
mi B. Vigilij, aduersus Eutychen.

**A**Cit hinc libri Vigilius de diuina & humana natu-  
ra, in una inseparabili persona Christi, citra conuer-  
sionem aut cōmixtionem remanente. Disputationem  
uero cōtra Eutychen diuersum tradentem inituru, indicat,  
quanto cum fidei periculo offendiculōq; bonorum subinde in  
ecclesiam noue irrumptant hereses, ita ad dexteram & fini-  
stram exorbitantes, ut & grē regia liceat ingredi uia, ac nō po-  
tius in Scyllam incidas, cupiens uitare Charybdim. Enumerat  
itaq; aliquot heresēon species, tandem uero aggreditur pro-  
fessos suos hostes Eutychianos, cōmīscētes inter se naturas  
Christi, atq; adeo unam modo Christi naturam confitentes.  
Euincit ergo primō perperam unam modo afferi in Christo  
naturā. Deinde probat duas esse in Christo naturas, & utrāq;  
fūam retinere in unitate personae proprietatem. Cū autem  
metuerent quidam naturarum proprietate diuidi personam, id  
est, inseparabilem nexus subsistentiā Christi, doceat propter  
naturarum proprietatem manentem, nequaquam diuidi Christū,  
idq; demonstratione evidenti petita à sacro sancta trinitatis  
arcano, & à conditione subsistentiāq; hominis, similibus perquā  
appositis & elegantibus, facit. Vbi & illud ostendit, ideo non  
diuidi personam, quia Christus dicitur Deus & Homo, interpo-  
sita particula Et. Post illa refutat eorum quoq; errorem, qui  
utramq; quidem naturam in Christo ad glorificationem uique  
fatentur, à clarificatione uero Christum unius naturae, adeoq;  
& deificatum prædicant. Postremo cū Eutychiana her-  
esēs fontem & finem perstrinxisset, adhortatur Lectores ue-  
terum orthodoxorum malint sequi sententiam, quam  
hæreticorum male sanam innovationem: ubi  
& stylū sui sterilitatem excusat.

B. VICI

B. VIGILII CON-  
TRA EUTYCHEN,  
Liber primus.



AGNV M & graue fidei periculū, *Periculum*  
quod nec facile sentiri, nec faci-  
lē à plerisq; valeat euitari, quo-  
niam est pietatis specie obum-  
bratum, per multas orientis ecclesiās dome-  
stica cōtentione grassari cōperimus, & ed  
vsq; pertinaci animorum obstinatione de-  
fendi, vt nec antiquorum patrum traditi-  
onibus, nec religiosorum principum seue-  
ris sanctionibus possit vel potuerit amputa-  
ri. Præuentus enim falsæ opinionis errore  
humanus auditus, ad veri rationem percipi-  
endam durus & perdifficilis inuerit, quā-  
tiscunq; testibus vrgēatur. Mauult enim pra  
ui dogmatis sententiam, qua semel infectus  
est, peruersus vindicare, quām hanc eandē  
tantis diuinārum humanarumq; legum au-  
thoritatibus refutata salubriū immutare.  
Hęc ergo perniciosi discriminis lœtalis &  
mortifera pestis intra veneraudos ecclesiæ  
adytus, ita cuncta velociū populatur, vt ed  
plus noceat, quō minus nocere intelligitur.  
Sic enim tēterrī anguis edocta magiste-

k 3 río,

## B. VIGILII

rio, inuidiarum suarū ancipites laqueos de-  
xtra leuaq; tetēdit, vt super angustū & nimis  
arduū cōmeantibus itineris callé reliquerit,  
Si enim paululū in vtramq; partē nutantia  
volueris inferre vestigia, illico capieris.

**Nestorius** Inter Nestorij ergo quondā ecclesię Con-  
**Eutyches**, stantinopolitanę, nō rectoris, sed dissipato-  
ris, nō pastoris, sed predatoris sacrilegū do-  
gma, & Eutychetis nefariā & detestabilē se-  
ctam, ita serpētinę grāssationis fefe callidi-  
tas tēperauit, vt vtrumq; nō sine vtriusq; pe-  
riculo pleriq; vitare nō possint, dum si quis  
nestorij perfidiā dānat, Eutychetis putat er-  
rori succubere: rursum dū Eutychianę hē-  
sis impietatē destruit, nestorij arguitur do-  
gma erigere. Sed has inaniū accusationū ne-  
bulas illi offundūt, p̄cipue q̄ aut imperit̄  
vitio, aut cōtentioñis morbo egrotant, & dū  
petulantis animi supercilie erigunt, antiqui-  
tus traditas à patrib⁹ fidei regulas ob hoc fo-  
lum despiciūt, vt male cōceptas mobilitatū  
suarū sententias ecclesię intromittant, ob id  
etiā nobis, tanq̄ dialecticę artis magistri, nō  
tanq̄ verè Christi discipuli, ancipitis respon-  
sionis ineuitabilem syllogismū tendunt, ar-  
bitrantes posse his propositionum laqueis  
animas venari Christianas. Sed nihil nouū,

nihil

## L I B E R I.

76

nihil peregrinū ecclesię fortitudo experit,  
talib⁹ penè ab vniuersis hereticis, questionū  
turbanibus agitata, triumphū de cōtrarijs, &  
immobilitatē fortita est de aduersis. nam dū  
se cōtra Sabelliu armigero certamine apta- **Sabellium**  
ret, filij atq; spiritu sancti personarū extatias  
vindicat, quod alius sit qui gignit, & alius q̄  
gignitur, & alius sit procedens, alius de quo  
procedit, alius mittens, alius missus, alius de-  
us verbū, qui de virgine nascit, alius pater, q̄  
permanet semper innatus, alius, q̄ per dispe-  
sationem carnis cuncta nostrę fragilitatis of-  
ficia explet, alius pater, q̄ sine his omnibus  
manet. Videas illico Arrium, tanq̄ triūpha-  
lis victoria suscepta materia, latiū insultare,  
& sub detestabili perfidia colla subiugare fi-  
delium. Cognoscite (inquit) potiorem esse,  
qui mittit eo qui mittit, inferiorem esse qui  
obsequitur, digniorē cui munificentia exhi-  
betur. Manichēū itidē cū de veritate domini **Manichaeus**  
corporis obtūdo, quod nō fallaci simulati-  
one, & quibusdā illusionū p̄stigij fuerit  
susceptū, tumentem virginis aluum allego,  
p̄stolati téporis moras, cū diuinitas intra  
materni vteri hospitiū v̄sq; ad legitimū par-  
tus diē peregit, insinuo puerperę cunas, va-  
gitum infantis, etatis profectum, ad ultimū

*Arrim.*

k 4 passi-

## B. VIGILII.

passionis ludibria, crucis patibulū, confixio-  
nes clauorū, aperti lateris cruarē, descensio-  
nem, sepulturā, resurrectionē, & quod ipse  
quoq; ait, Vultis me occidere hominē, qui  
veritatem loquutus sum vobis? Et Aposto-  
lus, Sicut per vnum hominē mors, ita & per  
vnū hominem resurrectio mortuorum. Et,  
Vnus mediator Dei & hominū homo Chri-  
stus Iesus. Hęc me cōtra Manichęum pero-  
rante Photinus totū, vel vt p̄paret cibū audi  
oribus perfidię faucibus nītitur trāsuorare:  
rursus cū me cōtra eū armis viuisq; lectiōis  
infruxero, & multa testimoniorū iacula, fili  
um Dei, Deum verū esse cōtestantia vibraue  
ro, necesse habeo inter cetera etiā illud op-  
ponere, quod in similitudine hominū fāct  
sit, & habitu inuētus vt homo. In quo me lo-  
co manichęus strāgulat, & ad se recursum fe-  
cisse, cū tota ouātišanī exultatione vocise  
rat, sed multū est & nimis operosum, talium  
fententiarū fraudulenta subreptio, libertatē  
catholicę fidei nītī captiuare. Et quomodo  
cōtra has oēs hęreticorū pestes plenissimē à  
nostris maioribus disputatū est, quod etiā si  
in erroris corū destruktionē nulli conderen-  
tur libri, hoc ipsum solū, quod hęretici sunt  
p̄nūciati, orthodoxorū securitati sufficeret.

Nunc

## LIBER I.

77

Nunc istos videamus, quorū mentē anguis  
ille tēterrimus à castitate fidei, que est in  
Christo Iesu, ita corrupit, vt in apertū nefan-  
dā prēdicationis adulteriū, frontem corum  
impudētia callo obductā armauerit, vt iu-  
re in eis propheticū illud oraculum videat  
redūdere, Facies meretricis facta est tibi. Nā  
si non ita est, qd sibi ergo vult, quod nec tā-  
tis Conciliorū decretis, nec tā plurimis anti-  
quorū patrum sententijs cedunt? Accusant, *Eutyches.*  
dum v̄triusq; naturę Christū fatemur, tan-  
quā duos Christos, vnū Deū, alterū hominē,  
iuxta infandū Nestorij errorē per dualitatē  
naturę videamur adferere. Sed nos vnū Deū  
eundemq; Dei filiū, & hominis filium, non  
duos profitemur, & ita verbū intra virginei  
vteri secreta carnis sibi initia conseuisse, id  
est, incarnatū fuisse, vt tamē verbi natura nō  
mutaret in carnem: item carnis naturam ita  
per suscipientis cōmīxtionem in verbi tran-  
fisse personam, vt nō tamen fuerit in verbo  
consumpta, manet enim vtraq;, id est, verbi  
carnisq; natura, & ex his duabus hodieq; ma-  
nentibus vñus est Christus vnaq; persona.

Quis em̄ sacrilega opiniōe indutus eosq;  
desipiat? quis in tam abruptū erroris bara-  
trū semetipsum iniiciat, vt filium Dei, sine  
*Contra illos,* *qui unā modo*  
*naturam in*  
*Christo de-*  
k 5 sua fendunt.

## B. VIGILII

sua propria carne, quam in sacre virginis vte  
ro ineffabili societatis permixtione ita sibi  
met adunauit, vt verbū homo, & homo Deus, idēq;  
vnus, non mutatis naturarū generi  
bus fieret, neget hodie sedere ad dexterā pa  
tris, venturūq; indicare viuos & mortuos, cū  
ipsum Deum dixisse non nesciat, Cum vene  
rit filius hoīs in gloria patris sui: nō (vt sepe  
diximus) alius sit filius hominis, alius filius  
Dei, sed vſq; adeo ostendere voluit nostri ge  
neris naturā per commixtionis individuam  
vnitatē non fuisse consumptā, vt se etiā in  
cœlo positū filiū hominis dicat, vt p veriap  
pellationē nominis veritatē agnoscas naturę  
manētis. Si ergo nunc vſq; manet verbi inte  
merata natura, manet etiā quā idē sine sui  
mutatione suscepit, humanitatis illibata na  
tura, quō defenditur hodie vna esse tantum  
modo Ch̄ri natura? Si nunc est, profectō igit  
ex duabus abolita est vna. Quæ nam igitur?  
Si humana? Sola est ergo verbi natura, & fal  
sum erit, quia Christus Iesus sic veniet quē  
admodum visus est ire in cœlū. Corporeus  
namq; per nostri generis specie intuentium  
oculis idem dñs apparebat, sicut rursus in ea  
dē corporis forma consurgentium oculis in  
consummatioē temporis fese demōstrabit.

Nam

## LIBER I.

78

Nam si harum duarum vna extincta vel po  
tius consummata, relicta est vna, id conse  
quens erit, vt dominus Iesus chrlsus, aut de  
us tantummodo, non vt homo idem, aut ho  
mo tantummodo, non & Deus idem imp̄ij  
sime pr̄dicetur. Non itaq; debemus p hanc  
stultæ pr̄dicationis in saniam, dignationis  
dignitatisq; cassare mysterium. dignationis  
scilicet, quia Deus dignatus est fieri homo.  
Dignatus est autem, quia verbi natura in car  
nis adunatione immutabiliter permanente,  
per vnius personæ arcanum idem homo est  
Deus. Et hic sensus catholicus naturarum in  
ter fese coēuntiū, vnitatem non naturę vniō  
nem admittit, dum duabus naturis ijsdemq;  
manentibus vnu Deus idemq; homo credi  
tur Christus. Quia secundum istos qui vnā  
tantummodo contendunt esse naturam, aut  
verbi mutata est in carnem vt fieret vna, aut  
carnis in verbo consumpta est, vt extantia  
sui per sui abolitionem amittens omnino es  
se non possit, vt sola verbi remaneat: quod  
quā sit impium, quamq; sacrilegum, aptis  
sime inibi cognoscere videtur, quisquis apo  
stolica dogmata, non humana commenta  
sectatur. Quia vero idem Deus homo est, &  
idem homo Deus est, ex vtroq; subsistens,  
vtroq;

## B. VIGILII

vtroque non carens, apparet eum vtriusque  
esse naturæ, quia neutrum potest amittere.

*Proprietatis uocabulum & naturis Proprietatis nomine refugiūt, nescio, proprietates num eosq; perfidiæ velamine obducūtur, naturarum in Christo. vt non videant, non intelligent in Christo*

aliud diuinitati, aliud humanitati eius con-  
gruere, licet simul vtrumq; commune. Ait  
namq; discipulis suis, Si diligenteris me, gau-  
deretis, quia vado ad patrem, quia pater ma-  
ior me est. Et iterum: Expedit vobis vt ego  
eam, Si enim ego non abiero, paracletus ad  
vos non veniet. Et certe verbum Dei, virtus  
Dei, sapientia Dei, semper apud patrem & in  
patre fuit, etiam quando in nobis nobiscū  
fuit. Neq; enim cum terrena misericorditer  
incoluit, de cœlesti habitatione recessit. Cū  
patre enim ubique est totus pari diuinitate,  
quem nullus cōtinet locus. Plena sunt quip  
pe omnia filio, nec est aliquis locus diuinita-  
tis eius præsentia vacuuus. Vnde ergo, & quo  
se iturum dicit, aut quomodo se ad patrem  
perrecturum adferat, à quo sine dubio nun-  
quam recessit? Sed hoc erat ire ad patrem &  
recedere à nobis, auferre de hoc mundo na-  
turam, quā suscepserat ex nobis. Vides ergo  
eidē naturę propriū fuisse vt auferretur &  
abiret

## L I B E R . I.

79

abiret à nobis, quæ in fine temporum red-  
denda est nobis, secundum attestantium vo-  
cem angelorum, Hic Iesus qui receptus est à  
vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eū  
euntem in cœlum. Nam vide miraculum, vi-  
de vtriusq; proprietatis mysterium, Dei fili-  
us secundum humanitatem suam recessit à  
nobis, secundum diuinitatem suam ait no-  
bis, Ecce ego vobiscum sum omnibus die-  
bus usque ad cōsummationem saeculi. Si no-  
biscum est, quomodo ait, Venient dies quā-  
do desideretis diem unum filij hominis, &  
non videbitis? Sed & nobiscum est, & nō est  
nobiscum. Quia quos reliquit & à quibus  
discessit humanitate sua, nō reliquit nec de-  
seruit diuinitate sua. Per formam enim serui,  
quam abstulit à nobis in cœlum, absens est  
nobis: per formam Dei, quæ non recedit à  
nobis in terris, præsens est nobis, tamen &  
præsens & absens ipse unus idemq; est no-  
bis. Audi & aliam vtriusq; naturæ proprieta-  
tem, Sepultum Dei filium omnes legimus,  
omnes credimus, omnes pariter prædicamus,  
nec ullus auget ambigere Christianus: Iam  
hic si placet pacifica moderatio tractemus,  
quid eius potuerit sepeliri, vtrum verbum  
an anima, an corpus, an simul omnia? Sed  
perab-

## B. V I G I L I I

perabsurdum est aut verbum aut animā dicere linteis obuolutam: restat ergo ut solum corpus quod exanime erat, quod etiam sepelientium manibus ferebat, fuerit in fundo circundatum, & in sepulchri gremio collocatum. Iam hinc argumentari non opus est, vbi se ipsa veritas prodit, verbum ne ex cubiorum officio non eguit, anima sepeliri non potuit, sola igitur caro sepulchri officium habuit: & tñ dominum Iesum Christum sepultum apostolica authoritas docuit. Cernis ergo aliquid propriū esse carnis, quod verbi esse nō possit, sed ideo etiam verbi esse, quia verbi est illa caro, cui possunt hęc omnia aptius conuenire. Creuisse certe p ætatis curricula, & vsq; ad robusta iuuenilis corporis membra peruenisse dñm Iesum Christum euagelia tradunt. O tu, qui nihil vis esse proprium carnis, putasne quod verbum cum ea carne, qua ex virgine natusest, p ætatum successiones & per incrementa membrorum pariter creuerit, & in maiorem sui corporis molem solidatum sit? Noli, rogo te, cauillari, elige vnū quod velis, crescere istud & grādescere dñi Iesu Christi vsq; ad perfectam iuuenilis æatem peruenire cui' est? verbi an carnis? Scio quas angustias patiaris, quibus anheles ætibus.

## L I B È R I.

86

būs. Si dicas proprium esse carnis, proprietatem naturæ fateris. Si dicas & carnis esse & verbi (quod quidem verum est p vnitatē personæ, non per proprietatem naturæ) si inquitā dicas verbi esse hoc ætatis augmentū, mutabile introducis atq; conuertibile ne verbum. Forte enim quādā portio eius virginale vterū oppleuerat, & ideo hæc exigua portio cum corpore suo sensit augmentum, dum illa maior quæ restabat, & quæ vterum virginis nō intrauerat paulatim sese portiōi suæ, quam in homine habebat, per incrementa ipsius corporis admiscebatur, vt isto modo secundum vos, non totus neq; perfectus, sed modicus natus est deus, & per ætatum congruentias factus est magnus. At si hoc impium ac detestabile est, aut verbi portionem dicere, aut verbum credere augmenti aliquid insita natura sentire, dum tamen Iesum Christum clarum est ætatis profectum habuisse, quis non videat hoc proprium carnis esse quod creuit, non Dei, qui nostri generis carnem assumpsit? Si in illa glorioissima passione dominus Iesus christus vel capite plesteretur, aut quibuscumque alijs membrorum abscissionibus mulctaretur, putamusne isti dicerent partem verbi cum capi-

## B. VIGILII

capite amputatam & aliam partem cum manibus detruncatam? Et quia circumcisus est, cauedum est ne partem verbi cum illa membrorum expoliatione opinentur pariter amputatam, quod nec hodie detruncatis hominibus verum dicat, quisquis salubrius & rectius sapit. Neque enim fas est opinari, quod cum hominis manus absconditur, pariter anima perditio defecetur. Lumen quoque istud visibile per quaslibet oculorum passiones aufertur ab homine, nec tamen illud lumen aufertur ab anima, quo valet inter iustitiam iniquitatemque discernere. Vnum enim corporis, aliud animae est proprium. Illud interea est praeceteris animo contuendum, quod si natura dei eiusdem conditionis esset, ut per se atque inseparabiliter passionum generibus subdatur, nulla esset profecto humana corpus suscipiendi necessitas. Quid enim opus erat Deum mortalium sibi naturam asciscere, si potuit natura eius mortis legibus subiacere? Quia vero mors quem per transgressionis praevaricationem obrepserat, morte perimenda erat, sicut ipse dominus predixerat dicens, Ero mors tua & mors, necesse habuit Dei filius altiore atque profundo dispensationis suae consilio, ut quia ipse naturae est impassibilis.

## L I B E R . I.

81

Illi, passibilis naturae corpus susciperet, in quo iniurijs & passionibus eousque afficeretur, ut vsque ad mortis dispendium per mortis obnoxiam naturam peruenies morte in suis sedibus perimeret, & cuncta inferni iura vindictici congressionis triumpho copulans ad supereros repedaret. Vides ergo non ob aliud deum naturae nostrae se permisisse ut moretetur, nisi quia eius natura mortalitatis conditione non teneretur, ac sic esse aliquod proprium christo, quod diuinatiali aliud, quod humanatiali aliud conueniat, licet propter singularitatem personae & mors ad diuinitatem, & in immortalitatem ad eiusdem Dei referatur humanitatem.

Metuendum sane est ne isti, qui inanissimo metu vtriusque naturae proprietate idcirco nolunt accipere, ne videantur duos christos inducere, similiter nobis & de trinitate questionem aliquam moueant, ut quia sunt quædam propria patris, quæ nec ad filium nec ad spiritum sanctum pertinere, & sunt quædam propria filij, quæ nec ad patrem nec ad spiritum sanctum pertinet, & sunt etiam spiritus sancti nonnulla propria, quæ nec ad patrem nec ad filium pertinere monstrantur, tres a se inuicem separatos criminentur catholicos colere debos. Sed ne forsan opinata quæstione turberis,

L audie

Propter natura  
rurum proprietatem  
manerem, non diuini  
personam Christi.

capite amputatam & aliam partem cum manibus detruncatam? Et quia circumcisus est, cauedum est ne partem verbi cum illa membra expoliatione opinentur pariter amputatam, quod nec hodie detruncatis hominibus verum dicat, quisquis salubrius & rectius sapit. Neque enim fas est opinari, quod cum hominis manus absconditur, pariter anime proportionio defecetur. Lumen quoque istud visibile per quaslibet oculorum passiones aufertur ab homine, nec tamen illud lumen aufertur ab anima, quo valet inter iustitiam iniquitatemque discernere. Vnum enim corporis, aliud animae est proprium. Illud interea est praeceteris animo contuendum, quod si natura dei eiusdem conditionis esset, ut per se atque inseparabiliter passionum generibus subdiceretur, nulla esset profecto humanum corpus suscipiendi necessitas. Quid enim opus erat Deum mortalium sibi naturam asciscere, si potuit natura eius mortis legibus subiacere? Quia vero mors quem per transgressionis prævaricationem obrepserat, morte perimenda erat, sicut ipse dominus prædixerat dicens, Ero mors tua ò mors, necessitate habuit Dei filius altiore atque profundo dispensationis suæ consilio, ut quia ipse naturæ est impassibilis

jes, passibilis naturæ corpus susciperet, in quo iniurijs & passionibus eousque afficeretur, ut vñsq; ad mortis dispendium per mortis obnoxiam naturam peruenies morte in suis sedibus perimeret, & cuncta inferni iura vietrici congressionis triupho copulans ad superos repedaret. Vides ergo non ob aliud deum naturæ nostræ se permisisse ut moretetur, nisi quia eius natura mortalitatis conditione non teneretur, ac sic esse aliqd proprium christo, quod diuinitati aliud, quod humanitati aliud conueniat, licet propter singularitatem personæ & mors ad diuinitatem, & immortalitas ad eiusdem Dei referatur humanitatem.

Metuendum sane est ne isti, qui inanissimo metu vtriusque naturæ proprietate idcirco nolunt accipere, ne videantur duos christos introducere, similiter nobis & de trinitate quæstionem aliquam moueant, ut quia sunt quedam propria patris, quæ nec ad filium nec ad spiritum sanctum pertirent, & sunt quedam propria filij, quæ nec ad patrem nec ad spiritum sanctum pertinet, & sunt etiam spiritus sancti nonnulla propria, quæ nec ad patrem nec ad filium pertinere monstrant, tres à se inuicem separatos criminentur catholicos colere deos. Sed ne forsan iopinata quæstione turberis,

*Propter naturam rurum proprietatem manens, non divini, di personam Christum.*

## B. VIGILII

audi per singula. Suscep<sup>t</sup>e carnis dispersatio  
nec ad patrem nec ad spiritum sanctum, sed  
ad solum pertinet filium. Proprie enim filius  
non pater de virgine natus est. Rursus il-  
la quæ sæpæe audita est vox, Hic est filius me-  
us dilectus, nec ad filium nec ad spiritum san-  
ctum, sed ad patrem pertinet solum. Item co-  
lumbæ species quæ in Iordane apparuit, &  
ignearū linguarū multipertita distributio,  
propriæ ad sancti spiritus personæ pertinere  
monstratur. Sed ne adhuc de his proprietati-  
bus dubites, audi manifestius, Proprium pa-  
tris genuisse, & proprium filij natum fuisse, pro-  
prium vero est spiritus sancti, procedere, nec  
omnino reciprocari alteram personæ, quod  
est vnicuiq; prosonæ specialiter proprium. Si  
ergo hæ tres personæ habentes singulæ pro-  
prietates suas, quibus significandæ distingua-  
tur non quibus separantur, unus est Deus,

*Simile de ho-* quomodo filius salua vtriusq; naturæ pro-  
mine, prietate, non unus est Chfs? Nam & in ho-  
mine, si subtilius disputare velimus, pleraq;  
inuenies ita proprietate quadâ sequestrati-  
us distincta, vt si & ibi caluniari volueris, de-  
vno home multos homines facias. Hominem  
ergo per ordinatas corporalium membro-  
rum distinctiones, quinq; constare sensibus

nemo

## LIBER I.

82

nemo est quod nesciat, qui sensus ita officijs sui  
proprietatem naturaliter obtinent, vt nihil  
secum habere commune, nihil sibi de alteri-  
us valeant vindicare. Et vt omnia specialiter  
commemoret, Visus ita ministerij sui propri-  
um officium gerit, vt nec audire, nec odora-  
re, nec gustare, nec contre*c*tare possit. Auditus  
ita naturæ suæ administrat officiū, vt nec vi-  
dēdi, nec odorādi, nec gustādi, nec contre*c*tā  
di officiū subeat. Odoratus quoq; sic famu-  
latus sui obsequio fungitur, vt nec videat, nec  
audiat, nec gustet. Gustus etia nec videt, nec  
odorat, ne contre*c*tat. tactus deniq; quod est vti-  
mus sensus nec visione fruire, nec auditus per-  
cipit, nec odorem capit, nec gustum discer-  
nit. Et cum sint hec omnis membrorum species  
tam diuersæ, tam discretæ, ita naturalibus pro-  
prietatibus substitutæ, vt nihil conmu*n*ionis,  
nihil societas ad se inuicem habeant, sed pri-  
uato quodam & solitario iure propriæ functio-  
nis ministerium implatur, unus tñ idemq; est  
homo, qui quomodo quinq; corporalibus  
sensibus, varia proprietate & le inuicem differen-  
tibus, constat, ita quinque secundum isto-  
rum deliramenta personas habere debuerat,  
vt quantæ sunt proprietates sensuum, tanta  
est & numerositas personarum. Dehinc

L 2 ineq

## B. VIGILII

inedia affici, comedere, sitire & bibere, sedēre & incedere, cubitum ire, & de somno surgere, algorem perpeti & astibus vri, licet nō sunt animæ passiones vt ea aut patiatur aut agat, tamen hæc carnis sunt propria. Item sapere, intelligere, obliuisci, in memoriam reducere, lætitia efferri, tristitia deiici, mansuiscere lenitate, furore atq; ira imanescere, & q̄ plura his similia quæ persequi lögum est, licet non sine corpore agantur in anima, tamen animæ sunt propria, nec tñ quispiam ausus est vel audet dicere, hominē duas personas habere, in quo tātas proprietatum differentias cernit inesse.

Seductorum temeritas, quæ pro numero naturarum, diuersitatem ingerit personarū, apostolica est authoritate frangenda & penitus conterēda. Apostolus certè nouerat christum vtriusque naturæ, dum eum & hominem & Deum eūdemq; prædicat vnum. Hominem quidem dum dicit, Vnus mediator Dei & hominū homo Christus Iesus. Et iterum: sicut per vnum hominem mors, ita per vnum hominem resurrectio mortuorum. Et de filio, inquit, suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et, Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis

ex

## LIBER I.

83

ex semine Dauid secundum carnem. Deum vero cum dicit, Ex quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula: & quam plura his similia, quæ commemorare longum est. Qui ergo hunc eundē & Deum prædicabat & hominem, vt ex vtrisq; naturis vnum ostenderet Christum, miror quomodo non moueat istos egregios nostri temporis calumniatores, quod vnā Christo personam adscriberet, dicens: Ego si quid dona ui in persona Christo.

Illud etiā solita temeritatis audacia reprehendere solēt, cum audiunt catholicos dicere, Deus & homo, arbitrantes huius syllabæ Et interpositiōe, duas posse significare personas, sed quam inepite id opinentur ausculta. Quid enim est, Deus & homo factus est quoq;, nō amittendo quod suum erat, sed suscipiendo quod nostrū erat: cū enim præmitimus in confessione, Deus, & subsequimur dicentes, & homo, non solum Deum manētem, sed & hominem adserimus subsistentē, vt nec deitas à se se discedat, nec hūanitas indeitatē dispereat. Videamus tñ ne forsitan au thoritate diuina hæc syllaba fuerit interposita, nam ita legimus, Et homo est & qs cognoscet illum? Et iterum Dauid, Mater Sion,

L 3      dicet

## B. VIGILII

*Psal. 86.* dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse  
*Hiere. 17.* fundauit eam altissimus. Cur igitur non sim  
pliciter sine prælatione huius syllabæ dixit,  
Homo factus est in ea, sed præposuit dices,  
Et homo factus est in ea? Vel alia p̄phetia et  
cur præposuit? Debuit enim secundum istos  
dicere, Homo est & quis cognoscet eum? ni-  
si quia sensus talis est, vt qui Deum confite-  
ris, & hominem quoq; factum simili confes-  
sione non deneges.

*Christus glo-  
rificatus non  
emisit natu-  
re humanae  
proprietate;*

Dicuntur sanè isti (si tamen verū est) chri-  
stum vsq; ad resurrectionem eius ex duabus  
confiteri naturis, post resurrectionem vero  
vnius eum esse fatentur. Quod quam sit ab-  
surdum quāq; ineptum ipsa rerū veritate  
monstratur. Post resurrectionem em̄ ad de-  
monstrandā sui corporis veritatem & come-  
dit & bibit, & contreditū se discipulis ob-  
tulit, dicens, Palpate & videte, quia spiritus  
carnē & ossa non habet, sicut me videtis ha-  
bere. Sed forsitan adhuc in terra positus vtri  
usq; erat natura, postea vero q̄ cœlos ascen-  
dit vnius cœpit esse diuinę. Et quid ergo ibi  
facit nomen filij hominis, si natura ibi non  
est humanitatis? quomodo rei extantī inane  
nomen ascribitur? quomodo nōminis veri-  
tas manet, si natura proprietas abest? Deniq;  
dicit

## L I B E R I.

84

dicit: Cū venerit filius hominis in gloria pa-  
tris sui. Et iterum: Sicut fulgur exiet ab oriē-  
te & ajet paret vsq; ad occidentē, ita erit & ad-  
uentus filij hominis. Et iterum: Veniens fili-  
us hominis, putasne īueniet fidem in terra?  
Daniel quoq; Ecce, ait, in nubibus cœli fili  
us hominis veniebat. Si amissa est ergo hūa-  
nitatis natura, cur eius est recensum vocabu-  
lum? an quia nomen opus erat, & res nomi-  
nis tanq; nō necessaria repudiāda fuerat? Sic  
desipient quos nihil erroris sui atq; ineptiæ  
pudet. Cæterum dñs Iesus Christus vt ostendat  
nostrī generis naturā non fuisse cōsum-  
ptam, veraciter se filium hoīs dicit, secundū  
quam etiam patrem interpellat pro nobis, iu-  
xta Ioannis apostoli verba dicētis, Si pecca-  
uerimus, apud patré aduocatum habemus re-  
sum, ipse interpellat pro peccatis nostris. Di-  
cite ergo dōctores egregij, cum patré ho-  
die filius interpellat, secundum deitatē suā,  
an secundum dispensationem humanitatis  
postulat? Sed quantum p̄fidia vestra inten-  
tio monstrat (qui perimētes humanam natu-  
ram solam adseritis esse diuinam) secundum  
deitatē interpellat, secundum deitatē ad  
uocati officio fungitur, secundum deita-  
tem sacerdotis ministeriū implet, secundū

*Mat. 16.  
Mat. 24.  
Luc. 18.  
Dan. 7.*

L 4 del:

## B. VIGILII

deitatem etiam in nouissimo patri subiectus erit, qn eidem filio omnia subiecta fuerunt, *Fons & finis* Olim opperierbamur, diutius prestatoli sumus, ynde erroris vestri riuulus originem trahat & quod discursum faciat, tandem reperimus Eutychianam amarissimam heresim, ex Apollinaris amarissimo fonte deriuatam, vsq; ad cœnulentam Arrij voraginem turbidis ferri meatibus, quibus in tatum perfidæ copula iungitur, ut omnia ad diuinitatis contumeliam referat, qua Christus secundū dī spēsationē carnis aut loquutus est, aut peregit, dum vnam tantummodo diuinitatis contundunt esse naturam.

Vnde hortamur omnes homines nefandę huius perfidię sectatores, dum vita manet, dū pœnitere licet, erroris sui vitare sententiam, & Gregorij potius atq; Basiliij & Theophilij quoq; & Ioannis ciuitatis Constantino-politanę opinatissimi antistitis, nec nō & cyrilli Alexandrini episcopi, & aliorum quam plurimorum, qui antiquitus in ecclesia flouerūt, super vtriusq; naturę proprietate se etari doctrinā, quorum meas de hac re sententias extrisecus offerimus plegendas. Quę so interea Lectorem vilitatem nostri sermonis nō vsq; quaq; despiciat, quia et si fortassis ele-

## LIBER I.

85

elegantiori orationis genere fieri potuisset, nos ita stylum temperauimus, vt rem potius quam verba legentibus commendaremus: & maximè hoc opus excoxitato mentis eloquio inflari non debuit, nec transferendi in Græcum necessitas aliqua adsit, quia difficilius integritas sensuum in aliam linguam pari potest sermonis veritate seruari.

Libri primi finis,

L 5 AR.

## B. VIGILII CON- TRA EUTYCHEN,

Liber secundus.



ARIUS quidem & diuersus, ex vno tamen fonte haereticę prauitatis error emerit, cardo pessimus & origo malorum, quæ ex se se cunctarum impietatum occasiones perperit, hæc est, dum cœlestium dictorū virtus vitio male intelligentium temerata, non secundum sui qualitatem sensus perpendiculariter, sed in alias res pro arbitrio & voluntate legentis, secius quam veri ratio postulat, deriuatur. Sed hoc ex omnium haereticorum cōmentis cuiq; deprehendere perfacile est, & alia impietatis occasio, quam mirum in modum minus cautis nimia pietas prestitit. Nimia pie-  
tas.

Et eo multo satisq; dolendum exitialis perfidiae malum inde impius fieri, vnde alius pius existit, inde miserabiles captiuitatis sortiri erumnas, vnde libertatis potestas adquiritur, ibi erroribus implicari, vbi omnis ignorantia absoluitur error, inde perfidum fieri, vnde alius fidelis est, eodem lumine obcoecari, quo alias clarissime illustratur. Et ut hoc

## ARGUMENTVM LIBRI SE- cundi B. Vigilij, contra Eutychen.

**Q**uemadmodum in fine primi libri de fonte Eutychia  
næ haeresos dicere coepérat, ita nunc per initium li-  
bri secundi proec & doctrie indicat inde oriri errores  
in uniuersum omnes, cum scriptura non secundum qualitatem  
sui sensus perpendiculariter, sed in alias res pro legentis arbitrio di-  
strahitur. Hinc varias inter se haereses confert, ut inde uer-  
itatem inferat, ipsas se haereses destruere, ueritatem confrir-  
mare. Priusquā uero Nestorio cōmittat Eutychen, ostendit  
Christum duas habere formas, sed addit in ambabus unam esse  
eandemq; personam. Mox copijs utriusq; natura mysterium,  
& unius personæ arcanum explicat atq; confirmat. Sub hæc  
inter se illos componit, qui in hoc negotio non diueritate sen-  
tentie, sed uocis professione scinduntur, & se mutuo odio so-  
haereticī nomini infestantur: adhortas interim, ut postio mani-  
vatu affectibusq; secundū scripturas idem loquantur omnes.  
Ea uero parænesis mirum quād nostris quadret tempo-  
ribus, quibus nonnulli eundem proprie conten-  
tionis funem ducunt.

B. VIGI

## B. VIGILII.

hoc ita esse documentis manifestioribus p̄teat, Sabellij & Arrij, Manichæi & Photini, Nestorij & Eutychetis sententiarū dogma-  
ta conferamus, quibus ita eos sibi inuicem  
exitisse contrarios inuenimus, vt quod ma-  
gis mirum sit, eorum error veritati testimo-  
nium dicat, & inconsonæ perfidorum sen-  
tentiae in vnum rectæ fidei modulum cōci-  
nant, trophēumq; nostræ victoriæ eorum  
cassa certamina gignant. Sabellij enim perfi-  
dia Arrij damnat errorē, rursus Arriani

*Cōmittuntur*  
*Arrius & Sa-  
bellius,*

dogmatis error, Sabellij impietatem exclu-  
dit. Siquidē Sabellius vnius naturæ proba-  
bili quidē confessione deceptus, trinitatis  
vnam putauit esse personā, vt ex hoc quod  
trium vna natura est, vna intelligeretur esse  
persona. Contrà Arrius tres sublītias atq;  
distinctas, sicuti vt vere sunt, personas acci-  
piens, tres eorum dissimiles credidit esse na-  
turās, & quod ad distinctionē pertinet, hoc  
iste ad disparilitatem earundem retulit per-  
sonarum, quamobrē & meritis, & gradibus  
longè ausus est \*definire. Huius igitur error  
ad confutationē Sabellianæ impietatis pro-  
ficiat, audiatq; Sabellius in tantum patris &  
filij, & spiritus sancti tres esse personas, vt eos  
Arrius & potestate dissimiles, & natura di-  
uersos

\*Pro distin-  
guere uel dis-  
cernere di-  
ssiſſe uidetur.

## LIBER II.

87

uersos audeat profiteri. Audiat rursus hic  
idem Arrius in tantum patrem & filium, &  
spiritum sanctum, vnius potestatis vniusq;  
esse naturæ, vt Sabellius vnam eorum dicat  
esse personam. Malum ergo tuum ô Arri, de  
illius corrige malo, & malum suum de tuo  
corrigat malo, vt bonum, quod vterque no-  
biscum tenetis, cōmune sit vobis. Nam bo-  
num est, quod tu Arri tres dicis esse perso-  
nas, sed malum est, quod eas & gradibus &  
naturis longiū separas.

Item tu Sabelli, bonum est, quod vnam dī-  
cis esse naturam, sed malum est, quod vnius  
naturæ veritas vnam cogit fateri personam.  
Adfero disceptationi vestre compendium,  
imò non ego, sed Christus, qui litium ve-  
strarum controuersias, vtpote æquissimus  
cognitor, vna verbi sententia censuit diri-  
mendas, dicens, Ego & pater vnum sumus.  
Dicēdo igitur, Ego & pater, discreuit quod  
Sabellius malè confundit. Addendo autem,  
Vnum sumus, vniuit quod Arrius malè dis-  
cernit, vt vnu ad vnitatem naturæ, Sumus,  
ad distinctionem proficiat personarum. Ta-  
le est illud, Baptizate gentes in nomine pa-  
tris, & filij, & spiritus sancti, in vno, trium no-  
mine, vnam deitatis insinuans esse naturam.

Ita

## B. VIGILII

Ita iudex optimus in noxias & lœtales Christianorum contentiones salutiferam iudicis sententiam tulit, vt proprio pereat vitio, qui iudicis sententiam retractauerit.

**Committuntur** Item Manichœus dum tantarum virtutum **Manichœus** miracula respicit, quæ Dei filius operatus & Photinus, est, non vult eum hominē confiteri. Photinus dum in eo naturam nostri corporis attendit, Deū non iudicat. Ille vt seminet virtutes, iste vt infirmitates replete. Ille deitatis preconia, iste humanitatis allegat. Illum maiestas tanti nominis ab humanitatis professione reuocat, istum humilitas iniuriarum, quas Deo cernit indignas, in hominis tantum confessione retractat. Illum miracula auocat, istum passiones retardant. Ille deitate fallitur, iste humanite offenditur. Ille dicit Deus est, iste dicit homo est. Grande miraculum, vt expugnatione sui veritas confirmetur, vt verū vterq; dicat, dum vterq; mentiaſ. Audi ergo Manichœus, quod Deus sit, verum dicas, quod & homo non sit, falleris. Audi Photine, verè homo est, vt adseris, licet non sicut adseris, sed idē & Deus est, quod impiè refugis, in tantum Deus vt Manichœus hominē neget, in tantum homo, vt tu Deum esse non credas. Cū igitur ambo vobis contrarij sitis,

## L I B E R II.

88

tis, ambo nobiscū fatemini, longè separati estis, in medio est via, quā reliquistis, vñus hinc, alius inde huc ad nos venite, & vos in unicem cōuenite, trāseat vñus in alterius sententiā, ita vt non relinquat suam, sit vobis cōmune, quod priuatum habetis, fateatur ille hominem, confitere tu Deum, & pro veritate à proprio tandem errore discedite.

Veniamus nunc & ad Nestorium atq; Euthylen, qui nisi \*solent per vniuersum orientem serenitatē catholicę fidei atris perfidiæ nebulis obumbrare: & licet scelerata doctrina cū suis fuerit authoribus refutata, eiūs tamē scētatores nefandi, amplam tēporis occasiōnem nacti, eò vñsq; pernicioſa & lœtalia scēui dogmatis venena diffundūt, vt quod auctorū grassatio perpetrare non valuit, horū pestiferę adſertionis latē scēuiens morbus totam penē ecclesiā fauciārit. Quibus quoniā cōpetenter vno iam respondi libello, nunc strictim, breuiterq; cassas eorum' sollicitudines & inanes \*tumores ostendā. Certum est for. timores. Dominum Iesum Christum, secundum catholicam fidē & preconia scripturarū, duas habere nativitates, vñā de patre sine tēpore, alterā de matre sine semine, & harum duarū naturarum vtramque gerens naturam, Dei scili-

## B. VIGIL II.

scilicet, qua de patre natus est, & hominis  
qua est de matre progenitus, unus idemque;  
Deus & homo est Christus. Gemina enim  
natuitas, geminā uno Christo dedit naturā,  
*Due naturae* dum qui Deus est de patre, idē & homo est  
*& forme in* de matre. Has itaque naturas, quas ex utroque  
*Christo,* habet parente, Apostolus duas nominat for-  
inas, dices de ipso, Qui cum in forma Dei es-  
set, non rapinā arbitratus est esse se equali  
deo, sed semetipsum exinanivit, formā serui  
accipiēs. De quibus formis, siue quā ex deo  
patre habet, siue quā ex homine matre acce-  
pit, prophetali vaticinio clarius constat ex-  
pressum Esaiā, de seruili forma eius, quę pas-  
sionis vilitate quodāmodo indecora appa-  
ravit, ita loquēte, Inglorius (inquit) erit inter  
viros aspectus eius, & forma eius inter filios  
hominū. Et iterum, Vidimus (inquit) eū, &  
non erat in eo species neque decor, sed forma  
eius despecta & deficiens super filios homi-  
num. Et hēc quidē de seruili forma, in qua  
*for. &* vniuersas passiones, iniurias pertulit, Esaiā  
loquutus est. De diuinitatis autē forma, quę  
decorē suum per sui impaſſibilitatē retinēs,  
licet paſſionis pulsata iniurijs, fœdari nō po-  
tuit, David euidentius cecinit, dices, Speci-  
osus forma p̄filijs hominū. Cernis in una  
Chri-

## LIBER II.

89

Christi p̄ſona, utriusque formē, id est, utriusque;  
naturę mysteriū cōtineri, forma serui inde-  
cora & despecta, forma Dei speciosa in eo  
& pulcherrima prædicatur. Hæc alius quo-  
modolibet accipiat, interim propheticō at-  
que apostolico præconio docuimus Chri-  
stum duas formas habere. Nūc doceamus in *Vna & eadē*  
ambabus unā eandemque esse personā. Dicit *in ambabus*  
Apost. Et ego quod donauī in persona chri *personā.*  
sti. Claruit igitur Christū ex duabus manen-  
tibus naturis in vniōne persistere personę.  
Nunc videamus quo fuerint Nestorius & Eu-  
tyches errore decepti. Nestorius duas inđu-  
cendo naturas, duas putauit esse personas,  
• & ob hoc arbitratus est sacrilego dogmate  
duos Christos inducere. Eutyches respiciēs  
vnam personā, unā censuit esse naturā, & ob-  
hoc humanā ausus est denegare. Et quia est  
in Christo, & naturarū proprietas & perso-  
næ vnio, Nestorius proprietatē attendendo  
naturarum, à personæ excidit \*vniōne, & *For. unitate*  
duos putauit Christos, vnum passibilem, al-*legi debet.*  
terum impassibilem esse. Et Eutyches vnam  
intuendo personā, à naturarum proprietate  
desciuit, & ipsam diuinitatem adseruit paſſam.  
In tantū ergo nō sunt duo Christi, nec  
duę personę, vt Eutyches unā dicat esse natu-

M rām.

## B. VIGILII.

ram. Rursus in tantum non est vna natura, sed duæ, vt Nestorius duos Christos, duasq; personas dicat esse. Itaq; Nestorius vt impietate sui dogmatis muniat, quo alterū in passione vult intelligi Christum, illo vtis Apostoli testimonio ad Heb. ita scribentis, Nam paulò minus q̄ angelos, minoratū vidimus Iesum gloria & honore coronatum, vt sine Deo pro omnibus gustaret mortē. Rursus Eutyches, vt deitatē subijciat passioni, testē nihilominus producit a apostolū, dicentē de principib; sc̄culi, qui sapientiā dei non cognouerūt, Si ēm cognouissent, nunq; domīnum gloriæ crucifixissent. Vides quanti periculi res sit, aut vnā in Christo non credere personā, aut duas nolle pfiteri naturas. magni ex vtroq; latere in fidiarū laquei prētendunt, quos propheticō spiritu Salomō cautius prēcepit euitandos, meritò dices: Quia in medio laqueorū ambulans. Hinc em Eutyches, inde nestorius armati perfidię mucronibus adstant, dum vnā contra nestoriū Christi defendo personā, existimor secundū Eutychen humanā negare naturā. Dum cōtra Eutychen duas adfero naturas, existimor secundū nestorium duas pfiteri personas, q̄a ille duabus naturis duos Christos,

du-

## LIBER II.

90

duasq; personas credidit adscribendas.

Sed vt horū impios & detestabiles catholico sensu refutemus errores, vtriusq; natura proprietatis mysteriū, & vnius personæ tractemus arcanū. Vnus est Christus, idem Deus, idemq; homo, habens in verbis & gestis, vnū quod humanitatis, aliud quod p̄p̄riæ diuinitatis eius naturę cōueniat, licet vtrumq; simul ad vnā eius personā vel substantiā pertineat, quod dictū est, In principio erat verbū, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū, hoc erat in principio apud Deū. Et quod ipse ait, Ante Abrahā ego sum, nō potest ad humanitatis eius referri natūram, q̄ue initū sump̄sit ex virgine. Rursus, quod de eo dicit, Puer autē crescebat & confortabāt, repletus sapientia, & gratia Dei super eum, & cūm esset annorum 12. ascendit cū parētibus hierosolymas. Et quod inferit, Iesus autē proficiebat ætate & sapientia, & gratia apud Deū & homines, nō potest deitatis eius naturę cōgruere. Quia deitas nec ètatis profectum accipit, nec aliquid sentit augmentū, nec curriculo subjexit temporum, nec numero calculatur annorum, & vt omnia breuiter dicam, non est vnius naturæ, licet sit vnius personæ. Patrem sibi

M 2       equa-

## B. VIGILII.

equalē dicere, & patre se minorem adserere, initū non habere, & ex initio subsistere, hęc est naturarū proprietas, ex quibus vnuſ Dei filius, idemq; hominis filius subsistens, vnā gerit personā, ergo hic vnuſ atq; idē & equa- lis patri secundum deitatē, & inferior est pa- tre secundū humanitatis naturam, atque ita nec initū habet, qđ Deus est, & habet initū, quia idem deus homo est. Si ergo me inter- roges, vtrū Christus habeat initū an nō ha- beat? Respōdebo tibi, Et habet, & nō habet: habet secundū humanitatē suam, non habet secundum diuinitatē suam. Cū dico, Habet vel nō habet, ad personę pertinet vniōne: cū dico, Secundū diuinitatem & secundum hu- manitatem, ad naturarum pertinet propri- tatem. Qui sensus, vt aperioribus clareat documentis, adhuc manifestiora ponamus.

Verbū Dei credimus descendisse de cœlo, sine carne, sine hominis appellatione, sic ta- mē vt non desereret cœlos. Hoc verbū virgi- nali vtero incarnatū, nō in carnē mutatum, hominis filiū factum & appellatū. Si qs alii- ter credit, sine dubio anathema est. Si qs di- cit hominē, id est, cariē de cœlo descēdisse, profecto anathema est. Quid sibi ergo vult, quod idē dominus ait, Nemo ascēdit in cœ- lum,

## LIBER II.

91

Ium, nisi qđ de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo? Et iterum: Si videritis filium hominis ascendentē illuc, vbi prius fuerat. Ecce filius hominis legī descendisse de cœlo, cū constat solum verbum, id est, nudum sine carne, sine hominis appellatione descēdisse de cœlo. Ecce caro, id est, filius homini- nis, legī tunc fuisse in cœlo, quę nunq̄ inde descēdit, & quę illuc necdū ascenderat, sed hoc est vnius personę mysteriū, hoc vnius Christi, ex vtroq; subsistentis sacramento, *For. Sacrae mentum.*

M 3 gitur

## B. VIGIL II.

gitur sepultus, & in monumēto trībus faciūt  
iſſe diebus, cūm sola caro sepulta ēst. Ergo  
secundū proprietatē naturæ, sola caro mor-  
tem sensit, sola caro sepulture officiū habu-  
it. Secundum vñionē autem personæ Deus  
mortuus est & sepultus, quia persona verbi  
in carne est, quæ mortis dispendiū sensit, er-  
go secundū proprietatē naturæ verbum de-  
scendit de cœlo, non caro, secundū proprie-  
tatē naturæ caro mortua est, nō verbū: item  
secundū vñionem personæ & caro descedit  
de cœlo, & verbū est mortuū atq; sepultum.  
Cūm ergo dicimus, dominū paſſum & mor-  
tuū, nō expaueſcat nestorius, quia secundū  
vñionē personæ dicimus. Rursus cūm dici-  
mus, dominū nec paſſum, nec mortuum, quia  
est omnino impaſſibilis, nō formidet eutu-  
ches, quia secundū naturæ proprietatē dici-  
mus, magisq; nec nos dicimus, sed scripture  
loquunti. Nam dominū paſſum symboli te-  
net authoritas & Apostolus tradidit, dicens,  
Si emus cognouissent, nunquia dominum glorię  
crucifixissent. Rursus nō Deum paſſum,  
Apostolica nihilominus authoritate docet,  
Paulo ita ad Hebreos loquente, Nam paulò mi-  
nus minoratur vidimus Iesum, paulò mi-  
nus quam angelos, propter passionē mor-  
tis,

## LIBER II.

92

tis, gloria & honore coronatum, vt sine Deo Videtur le-  
pro omnibus gustaret mortem. Quid est gisse Xwglis  
igitur sine Deo gustare mortem? nisi quia De& cum  
verbū immortale est, & passio secundum nunc legatur  
carnem est. Vnde & Petrus apostolus ait, Xoigile  
Christo itaq; passo carne: passio ergo pro-De& per gra-  
priè ad carnē pertinet secundum naturam,  
ad verbū autem secundū personam, quia  
& verbi & carnis vna est eademque persona,  
ac per hoc deus & passus est, & nō est paſſus;  
paſſus secundū vñionem personæ, impaſſibili-  
lis secundum proprietatem naturæ.

Et vt hoc ipsum adhuc manifestiū clara-  
reat, euidentioribus testimonij adprobam-  
bus. Cōstat dominū nostrum Iesum Chri-  
ſtum sexta feria crucifixū, & ipsa die ad in-  
fernū descendisse, ipsa die in sepulchrī ia-  
cuisse, ipsa die latroni dixisse, Hodie meū  
eris in paradyſo. Caro igit ipso die non fuit  
in paradyſo, nec in inferno, sed exanimis ia-  
cuit in sepulchro, anima per illud triduum  
in inferno, non in sepulchro: & iure tamen  
dicimus Dominum Iesum Christū in sepul-  
chro iacuisse, sed in sola carne, dominum Ie-  
sum Christum non derelictum in inferno,  
sed in sola anima. Et cūm in his omnibus  
Christus, & in his singulis Christus sit, vnuſ

M 4 ta-

## B. VIGILII

tamē est Christus, qui sic aliud fuit in sepulchro, aliud in inferno, ut tamē ipse unus atq; totus vbiq; fuerit, cū separatum per loca seipsum dispensauerit, ergo dicimus Dominū iacuisse in sepulchro, sed in sola carne, & dominum descendisse in infernum, sed in sola anima. Sicuti dicimus hominē audisse vocē, sed solis auribus, & vidisse lumen, sed solis oculis: sic dicimus Dominum passum, sed in sola carne, & dominū non passum, sed in sola diuinitate, ac per hoc, quia & Deus unus est Christus, & passus est, secundū id quod homo est, & impassibilis mansit, secundū id quod Deus: quod breui sermone concludā, Passus est Deus in unione personæ, non est passus in proprietate naturæ. Siquidem passionis iniurias etiam diuinitas pertulit, sed passionem sola eius caro persensit, Sicuti solis radiū, vel flāmę corpulentiam rectē dicimus posse quidē gladio secari, non posse tamen dirimi: ita verbum dei iure dicimus passionis iniurias pertulisse, nō tamen passionē sensisse. Dicā adhuc manifestiū, Cōfixa est diuinitas clavis, sed ipsa penetrari nō potuit, si quidē vulneri locū caro patefacta aperiret, nam Deus inuisibilis atq; impenetrabilis mansit. Ita ergo suscipiendo passiones, & earum

## L I B E R . II.

93

earum non cedēndo effectibus, apparet Deum verbum impassibiliter passum, sed quia caro eius non solum pertulit, sed & sensit & cessit, merito ac iure dicimus dominum his omnibus passionum conditionibus sensibiliiter affectum in carne sua sine sensu vel mutatione diuinitatis suæ, ergo perferre passionem naturæ est vtriusque, sed cedere passioni non est vtriusq; naturæ, cum sit unius de niq; personæ.

Hæc multi orthodoxorum minus attentes, aut attendere nolentes, vel discerne-re non valentes, in duas se se partes, nō diuer-sitate sententiæ, sed vocis professione diu-ferunt, vt id quod eodem modo pronuncia-re formidet, inutili profecto atq; superfluo timore, vt iure illud propheticum eis possit aptari, Illic trepidauerunt vbi nō erat timor. Nam pleriq; orthodoxorum sensum vtrarū que naturarum cum catholice exponant, ca-tholice retineant, ideo tamen duas nolunt dicere naturas, ne secundū Nestorium duas putentur fateri personas, à confessioē vtriusque naturæ non corde, sed voce tantummo-do recedentes. Quodam enim circuitu expo-sitionis vtuntur, vt duasse credere ostendat, sed duas nudo sermone non pronunciant.

*Componuntur  
dissentientes  
in hac re uer-  
bis non sensu.*

*al. inuisibili-  
bus.*

M 5 Nam

## B. VIGILII

Nam cum credant atq; fateantur non hominem sed verbum descendisse de cœlo , eundemq; sic in virginis vtero incarnatum , id est, sic carnem assumpsisse vt nō mutaretur in carnem, sic verbū hominē factum, vt Deus verus maneret, sic nostrā adsumpsisse naturam vt nō mutaret, nec abijceret & suā, sic Deum hoīem, & hominē Deum factum, vt non fuerit tñ vtrumq; consumptum, quis nō videat hoc sensu duas apperte adstrui atque demonstrari naturas? Quod ergo vera fidei expositione colligitur atq; animi sententia retinetur, cur superfluo timore vocis professione tacetur? Rursus alij timētes ne Apollinaris & Eutychetis dogma incurvant, nolūt dicere Deum paſſum & mortuum, cum vnā eius credat esse personam, & hunc eundem quē Deum fateantur & hominem . Si ergo vnus est, sicuti & est, cur eum formidas dicere paſſum, quem nō formidas credere vnu? nec audes dicere alterum secūdum Nestorij impium sensum? Ecce sunt timores inanissimi & solitudines vanæ, quæ fecerūt orthodoxos hereticorū sibi nomina impingere, dum voce depromi palpat, quod expressius corde clamatur. Qui enim volunt duas ore fateri naturas, quas fidei expositione defendunt

## LIBER II.

94

dunt Eutychianistæ reputantur, cum non sint. Item qui duas vnius Christi naturas publice profitentur Nestoriani putantur esse, cum non sint. Et videoas eos luctuosis q̄busdam & omni lamentatione dignis insultationibus hereticorum nomine ē inuicem accusare. Tu, inquit, Eutychianus es, & tu Nestorianus es. A postolice sententiæ in totum Gal. 4. obliiti, dicentis: Videte ne cum inuicem accusatis, ab inuicem consummamini.

Rogo vos cum sensu incolumes sitis, cur vocibus insanitis? cur peruerso vocis timore erratis, qui recta fidei stabilitate mentis professione consistitis? Cur metuis duas dicere naturas, cum apostolus non formidauerit duas dicere formas? Vnam qua Deus est, alteram qua idem Deus homo est. Cur formidas duas dicere naturas, quod Athanasius, omnium ecclesiasticorum virorum iudicio probatissimus dixit, in qua fidei professione cuncti Græcæ linguæ tractatores, quod superiori libello commemorauit, & omnes Latini sermonis apostolici viri, id est, Hilarius, Eusebius, Ambrosius, Augustinus & Hieronymus, cœlestibus imbuti doctrinis simul pariterq; consentiunt. Et tu quare times dicere deū paſſum, cū hoc vbiq; apostolica p̄conia conte-

Athanasius.

## B. VIGILII

contestentur. Perpendite & libelli huius expositio[n]e, & nolite metuere confiteri, quod non durum corde sentire. Quia nihil corde prodest credere ad iustitiam, nisi & ore confessio fiat ad salutem: vnde Propheta ait, iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi. Fatimini igitur ore quod corde tenetis, vt diuina humanitas & humana diuinitas propicietur vobis.

Libri Secundi finis.

## ARGV.

## ARGUMENTVM LIBRI TER- tij B. Vigilij contra Eutychen.

**Q** Via Eutyches non tantum unam credebat esse uerbi & carnis naturam, sed præterea cum Valentino & Martione carnem Christi negabat assumptam esse de utero uirginis immaculata: nam de celo ceu aqua transi per cannam arbitrabatur delapsam, Vigilius per initium tertij libri eum quoque errorem confutat, afferens dominum Iesum nostrum carnem, id est, uera humanam assumpisse de intermerata uirgine Maria. Idq[ue] facit primo manifestis & apertis scripturæ locis, deinde figuris scripture propheticis: quibus item contra Fotinum utriusque naturæ mysterium assertit, ostendens nequaquam sufficere ut unam confitemantur naturam sine altera. Sed liber ipsius authoris epilogum ex calce libri hoc transscribere. Tertio hoc libro, inquit, irresolutibili, quantum opinor, diuinæ scripturæ autoritate docuimus, filium Dei sicut de patre eandem diuinitatis, ita etiam de matre humanitatis habere naturam: quod iesus coeli & germen uel fructus terræ propter utrasque naturas fuerit appellatus, iniuncta nihilominus & perspicua assertione monstramus. His torius libri summam breuiter complexus est.

DIVI

B. VIGILII CON-  
TRA EUTYCHEN,  
Libertertius.

**Q**VONIAM Eutychiana hæresis in id impietatis prolapso est errore, vt non solum verbi & carnis vnam credit effenaturam, verum etiam hanc eādem carnem nō de facto Mariæ virginis corpore adsumptam, sed de cœlo dicat (uxtra infandum Valentini & Martionis errorem) fuisse deductam, ita pertinaciter verbum carnem adserēs factum, vt per virginem ac si aqua per fistulam transisse videatur, non tamen vt de virginē aliqd quod nostrī sit generis adsumpsisse credatur, optimum duxi etiam hāc impietatis partem veritatis assertiōē destruere, & omnem tetri dogmatis nebulosam caliginem penitus dissipare, maxime quod multū ab utriusq; naturæ confessionis veritatem proficiat, diuinis aprobare testimonij, filium Dei humanum corpus de virginis carne sumpsisse.

**Quod nostrā** Ergo quia isti secundum rectiorem catholice fidei tramitē & Nicēni authoritatē contrit Christus, cilijs fatentur filium dei, nō extrinsecus, non

ex

ex nihilo, sed ex patre genitum, eiusdem cuius pater est esse naturæ, vt veritas generationis in eo præcipue cognoscatur, si in filio paternæ naturæ proprietas non negatur, admonendi secundum hanc cōfessionis regulam, hunc eūdem filium de virgine natum, eiusdem profecto virginis carnis habuisse naturam. Nec hinc eos Arriana hæresis in solubili quæstionis laqueo retineat obligatos, tali obiectiōēs syllogismo vtens, Si filius dei natus ex homine matre, nihil ex ea habuit quod humanè esset naturæ, sine dubio, natus ex patre, nihil ex eo habuit quod eiusdem possit esse naturæ. Quia si vere, inquit, adseritis filium natū devirgine naturam materni corporis non habuisse, concedite & mihi patri conditione fatenti eundem filium natum de patre, naturam patris habere non posse. Quid igit, ô Eutychianistæ, submittitis cum validis objectionibus perfidiæ colla, & mendacio transitis ad mēdaciū, fateamini filium ex patre genitum, paternę diuinitatis exortem esse naturæ, sicut fatemini eundem filium de matre genitum, materni, i.e. humani corporis naturā non habuisse, cur nō magis si aliquid sapietiæ geritis, de veritate mendaciū destruitis, vt, sicut creditis & vere creditis filium

## B. VIGILI.

filium ex patre sine tempore natum, patris habere naturam, ita credatis eundem ex matre sine semine natum, humani corporis habere naturam? Quid enim angelus ad Mariam loquutus est, Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Ideoque quod nascetur ex te, ut quasi nudum quendam verbi transitum per virginem indicaret? sed quod nascetur, inquit, ex te, ut veritatem corporis sumendam ex virgine manifestius declararet. Nam quae fuit causa dei verbo per uterum virginis transitum facere, si nihil inde quereret adsumere? aut quomodo ex semine David natus, vel factus creditur esse? Denique Paulus apostolus sic ait, De filio suo qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et iterum ad Galatas, Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere: quomodo is qui erat factus est, cum fieri eius soleat proprium esse, qui nunquam ante substiterat? nisi quia factus quod non erat, id est, homo non aliud carnem adsumpsit, nisi ex hominum genere, ex quo factus est quod non fuit. Vnde & ipse filius formatum se ex utero per Esaiam loquitur, dicens, Et nunc, dicit dominus, formans me ex utero seruum sibi. Quid itaque ex utero formatum

acci-

## LIBER III.

97

accipitis, verbum, an carnem? Si verbum, ergo aut informe fuit, aut penitus non existes, aut formatio ei aut essentia dederat ut subsisteret, aut ex subsistente informitate materia in melioris status qualitatem prouexerit, ut perfectus & integer appareret: quod opiniari cum sit impium & sacrilegium, illud sine dubio restat, ut caro ex corpore formatam sit uterum virginis, eaque secundum naturam suam veritatem, diuinitati in eandem personam unita est, propter quam unionem personarum, cum sit Deus, seruus factus est patris, unde ad eum dicit in Psalmo. O domine, ego seruus tuus & filius ancillae tuae. Et iterum, De ventre matris meae Deus meus es tu. Qui si de ventre matris ancille nihil acciperet, non eum intra famuli appellationem seruulis naturam conditio detineret.

Sed iam videamus quibus prophetia figuratur, ut ostendat eum ex materni corporis veritate veram carnis adsumpsisse naturam. Dicit ergo Esaias, Egressietur virga de radice iesse, & germen de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus domini. Quis dubitet germen de natura eiusdem virgulti, unde prorumpit, subsistentiam suam formam accepere? aut quis neget cuiusque ligni virginis na-

*Idem ostendit figuris propheticis.*

Naturae

## B. VI<sup>g</sup> f<sup>l</sup> II.

euræ suæ germina propagare? Non enim aliud ex alio, sed sui generis specie vñquodq; lignum producere, & vñtata rerum exépla testant, & diuinarum literarū authoritas docet: quę ita in Genesi loquitur, Et dixit Deus, germinet terra herbam virentē, & facien tem semen, & lignum pomiferū, faciens fructum iuxta genus suū, & cuius semen in se metipso sit super terrā, & factū est ita. Si ergo generis suæ naturæ germina, & fructum propriæ qualitat̄ ex sese ligna producunt, non dubiu est, Iesseicæ radicis virgam beatam videlicet Mariā, naturæ suæ germen, id est, dominū resum, ex suę carnis materia p̄tulisse. In cuius inclyti sacramenti mysteriū sacerdotis Aaron virga, absq; opere & subsi dio terreni cultus, absq; consuetis & legitimis ruralis ministerij alimentis, in tabernaculo fœderis posita germinauit, manifestò satis & aperto designās indicio, Mariā virginem absq; terreni, id est, humani seminis officio, Christū nominum pariturā. Quod & in Daniele, certo futuri mysterij præfigio demōstratur, dum sine manibus excidi lapis de monte videat, id est Christus sine humani coitus opere, de virginis corpore nasciturus ostenditur. Quis tam stolidæ atq; men-

## LIBER III.

98

mentis erit alienæ, vt lapidē credat de mōte sine manibꝫ excisum, & non credat Christū de corpore virginis sine semine natū? cū ma gis illud tantūmodo visum, hoc autē veracissimè fuerit factum: qui vt crederef, quod mirabiliter futurū erat in Christo, mirabilis eiusdem facti p̄tcessit imago, vt sicut lapis sine manibus excidi de monte, & sicut virga germinare potuit sine cespite, ita Christus de virgine nasci potuerit sine semine. Quod etiam Iacob in suis benedictionibus declarat, dum sub persona Iudæ prophetiā appellat, & dirigit in Christum, dicens, Ex germine fili mi ascendisti. Non ait ex semine, sed ex germine, illius fine dubio virgæ, quę de Iesse orta radice, nouo miraculi genere, Christum dominum germinauit.

Videamus autem & ceteras similitudines, quibꝫ ostendit Christus ex hominū genere carnis adsumpsisse naturā. Vitulū ergo vel bouem, agnum & hœdum, eundem dominum appellatum, nec ipsi audent heretici denegare. Legent itaque & inuenient, in principio Leuitici, ubi in mysterio futuræ passionis vitulus ad ostiū tabernaculi testimoniij immolari præcipitur, nō simpliciter vitulum, sed vitulum ex bobus appellari,

N 2 in

## B. VIGIL.

In quo vtiq; Christum, non vt hæreticis plæcet, corpus de cœlo deduxisse, sed ex hominum genere carnem adsum p̄fisse prophetia demonstrat. Nam sufficerat dicere vitulum, quid necesse fuit addere ex bobus? quis em̄ nesciret ex bobus vitulum nasci? nisi vt ostenderet Christum carnem ex hominibus habeturum? Abraham etiam huius non inscius sacramenti, vitulum de armento elegisse describitur, quem in typo Dominicæ passionis occidisse dinoscitur. Sed & agnum de ouibus, & hœdū de capris synagoga offerre, per quod vtiq; sanctus spiritus perfidias occasiones adimere volens, apertiū & expressiū Christi carnem ex hominibus adsumendam, his verborum adiectionibus declaravit, quam tamen, sicut ex hominū genere futuram ostendere volens, ait, Agnum ex ouibus, ita eamē sine humano semino suscipiendo demonstrans, per Esaiam loquutus est, dicens, Emitte agnum dominatorem terræ de petra deserti, ad montem filiæ Syon, vt in hoc, quod iste agnus ex ouibus adsumi præcipitur, humanæ naturæ veritas cognoscatur, in eo autem, quo idē de petra emitte agnus iubet, humani coitus ac seminis suspicio depellat. Ita ergo ait agnū

ex

## L I B E R . III.

99  
ex ouibus, & hœdum de capris, & vitulū ex bobus, ac si diceret hominem ex hominibꝫ. Quod quidem alio in loco Moyse apertiū dixit, Prophetam de gente tua & de fratribꝫ tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies in omnibus, quæ loquutus fuerit. Et iterū, Orietur stella ex iacob, & exurget homo ex israël. Et Apostolus, manifestum est (inquit) quod ex iuda ortus est dominus noster. Et ipse in propheta, V̄ illis, quoniā caro mea ex ipsis est. Manipulus quoq; primitiarum ex segetibus offerri domino, & cōsecrari iubetur: quis autē dubitet hunc manipulum primitiarū dominum esse resum christum? De quo lex ait, Omnes primitium quod aperit vulnā, sanctū domino vocabit. Vnde angelus ad Mariā, Propterea (inquit) quod nascet exte, sanctū vocabitur, filius Dei. Hic itaq; manipulus ex segete gentis iudæorū adsumptus, Deo patri est per passionē mortis oblatus. De qua Apost. Primiū (inquit) dormientium Christus. Et iterū, Initium Christus, deinde hi, q; sunt Christi. Cuius oblati manipuli resurrectionis initium, Ioseph etiā in sua visione designat, dicens, Videbā ligare nos manipulos in campo, & surrexisse manipulum meū,

N 3

903

## B. VIGILII.

vestrosq; manipulos adorare manipulum meum : quod in Euangelio manifestissimè cernimus adimpletū, cùm resurgens à mortuis Dominus, à discipulis suis legitur adoratus, sicut & in cōsummatione sēculi, quod illius campi significat messis, ab omnibus in forma serui, cuius manipulus gessit imaginem, adorandus sit, & vidēdus . Sunt adhuc multa in figuris & similitudinibus aptata, quæ Christum indicent ex hominibus carnis habuisse naturam .

*Ex propheti-  
cis figuris  
extenditur  
utraq; in  
Christo na-  
tura.*

Sed ne hinc Photinus, et ei similes, occasiōnem nutriende perfidiæ conent arripere, quod his testimonij, vna tantummodo carnis Christi videtur declarari natura, consequens et fidei necessarium duco, illa etiā replicare ac pferre testimonia, quæ vtramq;, id est, diuinam et humanam in uno Christo docent esse naturā . Dicit ergo Apostolus, q̄ omnes benedictionū promissiones, quæ prophetia et lege continent, ad Christi pertinent sacramentū . Nā ita ait, Quotquot em̄ promissiones sunt, in ipso sunt . Videamus itaq; quomodo oēs sponzionū benedictiones mysticis in christo figuris apten̄, et ibi reperiemus vtriusque sacramenta nature lu- ce clarius emicare . Quia rata et firma bene-

dici-

## LIBER III.

100

ditionis promissio esse non poterat, nisi perfectę fidei, qua Christus Deus et homo futurus adnunciabatur, contineret arcanū . Benedicens itaq; Isaac patriarcha, Iacob & Esau filios suos, ad Iacob quidem sic loquutus est, dicens, Ecce odor filij mei sicut odor agri, cui benedixit Deus, Det tibi Dominus de rore cœli, & pinguedine terræ abundantia frumenti, vini & olei . Ad Esau verò, In pinguedine (inquit) terræ, & in rore cœli erit benedictio tua . Quid apertiū, quid lucidiū de vtraq; Christi natura poterit proferri? Si quidē in rore cœli, verbū, in terræ autē pinguedine caro eius significari monstratur, Iacob autē & Esau populi gentium, & iudeorum generis figuram, nullū opinor ambigere Christianū . Primus ergo populus gentiū, cuius Iacob preformabat imaginē, à rore cœli, & à pinguedine terræ, id est, Christo, qui est Deus & homo, benedictionis fortitus gratiam, frumenti & vini, & olei est abundatiā cumulatus, id est, corporis & sanguinis Christi, & chrismatis eius mysterio consecratus . Cuius trinæ benedictionis multiplicem gratiam, David etiam sacro cōmemorat carmine, dicens, A tempore frumenti, vini & olei sui multiplicati-

N 4

sunt

## B. VIGILI

Sunt, Esau autem, qui prior secundum carnem fuerat natus, typum Iudaici populi apertissimè gestans, dum in agro legis dilutius immoratur, vagis & fugacibus carnalium sensuum infestens venabilius, vel transitorijs legis umbris & imaginibus obsecundatis, serus venit ad gratiam. Ipse est ille euangelicus senior filius, qui dum ruris, id est, legis exercitio occupata, alacriore iunioris industria preuenitur, & saginati vituli carnibus defraudatur, casso igitur & inani semetipsum labore costerens, audit a patre, Frustra in his omnibus exercearis, & ultra temporum conditionem legalium decretorum dogmatibus auocaris, arbitri trans te ex lege benedictionis gratiam consequi posse, cum & tempus carnalis obseruadque legis emesum sit, & pro impossibilitate perficiendi, quae lege iubent, non tam benedictionem quam maledictum praevaricatores legis eiusdem sortiantur. Quia scriptum est, Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in lege. Ideo scire debes, quod in pinguedine terre, & in rore cœli, id est, in christo, futura sit benedictio tua. Jacob etiam benedicens Ioseph filium suum, ab huius sacramenti mysterio non recessit, dicens, Benedic te benedictionibus cœli de-

super,

## LIBER III.

101

super, & benedictionibus terræ habentis omnia. Quae benedictio cœli? nisi verbum, quod de cœlo descendit: & quae est benedictio terre? habentis omnia? nisi Christi caro, quae de terra, id est, de terreno virginis corpore sumpta est, in qua omnium spirituallium gratiarum redundat veritas, & totius benedictionis fructus exuberat: in quo frumentu, qui proculdubio Christus est, cunctorum fidelium benedictio consummatur, ut David ait, Terra dedit fructum suum, benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus. Quae est terra, quem fructum benedictionis dedit? nisi Maria, cui dicitur, Benedicta tu & benedictus fructus ventris tui. Et in Gen. Benedictiones (inquit) vberum & vulnus. Et in Psal. Filij merces fructus ventris. Et, De fructu ventris tui ponam super fedem meam. De quo fructu hic idem sacri carminis author, in alio Psalmo concinit, Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit, etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. In quo euidenter vtriusque naturæ confessionem prædicans, perfidorum ora obtundit, dum veritatē de terra ortam, & iustitiā de cœlo adserit prospexisse. Quia Christus ex utraque sub-

N 5 stantia

## B. VIGILII

Rantia habens, de cœlo scilicet, quia de pa-  
tre genitus, de terra autē, quia & de matre na-  
tus est, vtriusq; parentis habet geritq; natu-  
rā. A summo em̄ cœli egressio eius, summū  
cœli pater est, & processio eius tanq; sponsi  
de thalamo vteri virginalis. Quod mysteriū  
vtriusq; naturę etiam Esaias ijsdem signifi-  
cationibus pandens cœli & terrę sic loquu-  
tus est, dicens, Rorate cœli desuper, & nubes  
pluant iustū, aperiatur terra & germinet Sal-  
uatorem. Vide q̄ consonis veritas muniatur  
prophética autoritate sententijs. Quod  
enim David ait, Iustitia de cœlo prospexit  
hoc Esaias dixit, Nubes pluant iustum. Et  
quod ille subiuxit, Et terra nostra dabit fru-  
ctum suū: hoc iste addidit, Aperiatur terra,  
& germinet Saluatorem, perspicuo satis &  
aperto, imò proprio filij Dei nomine vſus,  
vt fructū & germen terrę s̄epiuſ in prophé-  
tia nominatū, nativitatē Christi ex Maria  
esse, nullus audeat dubitare. De quo germi-  
ne vel fructu idem adhuc Esaias loquitur,  
dicens, In die illa erit germē Domini in ma-  
gnificētia & in gloria, & fructus terrę subli-  
mis. Relictusne est vllus ambigendi locus,  
quin clarē & germinis & fructus Christum  
expertissimē significari, qui in tanta gloria &  
ma-

## LIBER III.

102

magnificētia sublimatus est, vt in nomine  
eius omne genu flectat, cœlestiū, terrestriū,  
& infernorū, & omnis lingua cōfiteatur, q̄a  
dominus Iesus Christus in gloria est Dei pa-  
tris? Vnde quod ait apostolus, Propter quod  
& Deus illū exaltauit. Et nunc propheta, Et  
erit fructus terrae sublimis, manifestissimē  
id, quod de terra, id est, ex Maria sumptum  
est, exaltatū & sublimatū intelligi voluit. Cę  
terū id, quod de patre est, semper sublime  
fuit: sed nec de rore cœli, quod in verbi Dei  
figura sit positū, vlla dubietatis patet occa-  
sio, cùm ipse dixerit Esaias, Et nubes pluant  
iustum. Et alibi satis apertiū imbri cœlesti  
verbum suum patrem cōparasse descripserit.  
Nā ita ex persona ei⁹ dicit, Quomodo si  
descēdat imber aut nix de cœlo, & illuc nō  
reuertat, sed inebriat terrā, & facit eam ger-  
minarescere erit verbū, quod egredieſ de ore  
meo, non reuertetur ad me vacuū, sed faciet  
quęcunq; volui, & prosperabitur in his, ad  
quę misi illud. Quis tam aperta & absolutis-  
simā diuinę prēdicationis claritate lumē nō  
aspiciat veritatis? Ecce verbū dei sicut imber  
in terrā, id est, in gremio sinus Marię influ-  
ere dicit, quam sancti spiritus ebrietate fo-  
cundatā, in germine dominici hortus pro-  
sum-

## B. VIGILII.

*non satis est  
alteram fine  
altera profi-  
seri naturā,*

rumpere faciat, & turgentis alui preciosissimum edere fructū. Quod verbū quia incarnatū, quod est carne induitū, homo esse voluit, nudū & vacuum ad patrem, à quo fuerat missus, reuerti nō potuit. Sed in eodē, quo induitus est corpore, cœlestia penetrauit. Et ideo cùm pater vacuū ad se dicit non posse reuerti, quia nefas est, ex quo in virginis terram descendit, nudum eum & hominem vacuum confiteri, id est, absq; humani corporis natura, solam eius adserere deitatem. Aequalis enim & eiusdem periculi res est, aut diuinam eius tantūmodo, aut humanam fateri naturā. Quia vnum sine alio non proficit ad salutē. Quod & ipse dominus in euangelio, sub tali similitudinis cōparatione apertissimè docet. Iterum (inquit) Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenerit, abscondit, & præ gaudio abijt, & vendidit omnia sua, & emit agrum illum. Non, quasi tibi videtur, huius inuentor thesauri, non satis prudēter egisse. Quid enim necessitatis vel impedimenti fuerat, vt inuentum thesaurum non statim auferret de agro, cùm vtq; ipso illo ocio temporis & secreto, quo repererat, auferre potuerit, etiam facili compendio, sine

pro-

## LIBER III.

103

propriarum dispendio facultatum emendi, agri necessitatem vitare? Sed cognouit vtq; prudentissimus homo ineficacem & inutilē, imò periculosaſt esse theſauri huius si- ne agro possessionem. Nam vide, quia ſicut absconditum inuenerat, ita & ipſe abscondit, ne agrū nudare ac vacuare theſauro ausus, omnia ſua vendere festinauit, vt iure legitimo, & theſauro potiretur & agro. Igitur theſaurus in agro absconditus, Deus eſt, latens in carne ſua. Audi apostolum dicentem de Christo. In ipſo (inquit) ſunt omnes theſauri ſapiențæ & ſcientiæ absconditi, & ideo omnis eſt prorsus inutilis & impia confeſſio, quæ dominū refum christum, aut Deū tantūmodo, non & hominem, aut hominē ſolum, non & Deum fatetur. Agrum autem carnē Christi figuraliter nominari, & preſens indicat locus, & ſuperiū illata testimo- nia docēt. De hoc enim agro maximē riaſac in ſuis benedictionibus prophetauit, Ecce, dicens, odor filij mei ſicut odor agri, cui be- nedixit Deus. Corpus enim dominicū, ma- gnis diuersarum virtutū flagrat odoribus, & ſui bene olentia diueraſa pigmenta, infir- mos quosq; viuificat. Vnde apostolus Chri- ſti (inquit) bonus odor ſumus, de vita in vi- tam,

## B. VIGILII

tam, his qui salui fiunt. Huius tam præcipui  
& saluifici odoris suavitate illecta, in Canti-  
co Canticorum ad eum dicit ecclesia, Post te  
in odorē vnguentorum tuorum curremus.  
De huius agri pulchritudine & ipse loquit  
in Psalmo quadragesimonono, Et species  
agri mecum est. Per huius agri gloriam ec-  
clesia in predicto Salomonis libro sodales  
adiurat, dicēs, Adiuro vos in gloria & virtu-  
tibus agri. Agrum illum fortis & sapiens in  
prouerbijs Salomonis mulier, id est, ecclē-  
sia, introducit comparasse. Sic enim de eadi  
citur, Agrum vidit & emit illū. Preciosa est  
huius agri possessio, quē Christi intra se ab-  
sconsam retinet deitatē. Duplicis enim na-  
ture est Christus, & ideo, vt dixi, nec thesau-  
rum sine agro, nec ager sine thesauro iure  
potest ab aliquo possideri. Nā manichēus &  
Eutyches, qui volunt thesaurum sine agro  
possidere, id est, solam diuinitatē, sine carne  
fateri, vtriusq; in Christo naturæ confessio-  
nē refugiens, procul abiectus & exclusus ab  
hac possessione extorris habetur. Photinus  
quoq; & ei similes, qui agrū solūmodo, non  
& thesaurū eius possidere, id est, humanita-  
tem Christi, non & diuinitatē fateri value-  
runt, hac possessione priuati sunt. **Vnde me-**  
**ritō**

## LIBER III.

104

ritō sola illa, in prouerbijs, mulier beatitu-  
dinis præconio digna habet, quē hunc agrū  
cōparans, duplicita pallia viro suo fecisse de-  
scribitur. In pallijs em confessionis honor  
accipitur, naturæ scilicet vtriusq; Quia nec  
dignaretur vir eius vnum ab ea confessionis  
pallium accipere, aut diuinitatis tantūmo-  
do, aut solū humanitatis suæ, id enim non  
honoris, sed cōtumeliaz est maximæ, vnum  
horum sine alio offerre. Vnde alia repudiās  
munera, quæ, vtriusq; naturæ confessione,  
non sint gemina pariter & distincta, atque  
pro tempore & sacramento diuisa, dicitur  
ad Cain, Si rectè offeras, rectè autem non dā-  
uidas, peccasti. Quia ille solus rectè diuidit,  
qui non ignorat secundū quid filius equalis  
est patri, & secundum quid eodem mi-  
nor est patre, secundum quid passus &  
mortuus est, & secundum quid immortalis  
pariter & impassibilis mansit. Quia  
non solum confundere, sed & non rectè  
diuidere reatus est criminis. In vno enim  
Eutychetis, in alio Nestorij damnatur im-  
pietas, dum quod ille male confundit, pes-  
simè iste discernit.

De quorum diuersitate dogmatum, sibi Epibgy.  
inuicem aduersantium, quantum ex illis

ne-

## B. VIGILII

Nostrī ingenij facultate valuimus, duobus superioribus expressissimus libris, & quomo<sup>d</sup>o isto etiam tertio irrefutabili (quantum opinor) diuinæ scripturæ authoritate docuimus, filium Dei, sicut de patre, eandem diuinitatis, ita etiam de matre humanitatis habere naturam: & quod ros cœli & germē, vel fructus terræ, propter vtrasq; naturas fuerit appellatus, inuicta nihilominus & perspicua adsertione monstrauimus. Nunc ad defensionē Leonis epistolæ, & Concilij Chalcedonensis stylī nostri cōuertamus officium, & quod Catholicus in eis atq; apostolicus refulgeat sensus, cassatis hæreticorum obiectionibus doceamus.

Libri tertij finis.

ARGVMENTVM LIB. QVAR  
ti B. Vigilij, contra Eutychen.

**N**E<sup>g</sup>; aliud agit in libro quarto, quam quod egit in tribus superioribus. In hoc tamen copiosius persequitur omnia & diversa propè ratiōe. Profert enim uerba ac argumenta, que aduersarii quidam Eutychianus cōtra S. Leonis Romani episcopi epistolam effuderat. Deinde respondet ad singula eius argumenta, ubiq; afferens naturarum in Christo proprietatem, & personæ nihilominus unitatem, atq; ita defendit catholicam & orthodoxam Leonis sententiam, Eutychiani subuertit. Liber est doctus & utilis, ac superiorum ueluti Commentarium, sarciens quod superioribus deesse uideri poterat.

## O B. VICI

B. VIGILII CON-  
TRA E V T Y C H E N,  
Liber quartus.

**V**I D A M peruersæ mentis homines, & inanis gloriæ cupidi, nescientes (vt dicit Apostolus) neque loquuntur, neq; de quibus adfirment, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, indignati veritatis dogmatibus, & ecclesiasticas fidei regulas non ferentes beatissimi Leonis epistole, iuxta sensum euangelicæ traditionis conscriptæ, & decreto synodi Chalcedonensis, prauis contradictionibus obuiandum putauerūt, nefanda cōmenta horribilibus verborum nauseamentis euomētes. Quæ, quoniam simplicioribus quibusq; non nullum videntur dubietatis scrupulum excitare, idcirco cohortatione fratrum in auditorio domini Dei nostri, consideranda & refutanda suscepī. Illa primitus vno diluens volumen, quæ Leonis obijciuntur Epistole, cuius hoc sibi primo capitulum iste, nescio quis, proposuit, fidelium Vniuersitas profitetur credere se in Deum patrem omnipotentem,

*for. adiuto.  
rio.*

&amp;

& in iesum christū filium eius dominū nostrum. Huic capitulo ob id iste calūniatur, cur non dixerit, in vnum Deum patrem, & in vnum iesum christum filium eius, iuxta nicēni decretū concilij. Sed Romæ & antequam Nicēna synodus conueniret à temporibus apostolorum, vñq; ad nunc, & sub beatæ memorię Cœlestino, cui iste recte fidei testimonium reddit, ita fidelibus symbolū traditur, nec præiudicant verba, vbi sensus in columnis permanet, magis enim cùm domini Iesu christi sententia hæc fidei professio facit, dicentis, Creditis in Deū, & in me credite, nec dixit in vnum deum patrē, & in vnum meipsum. Quis enim nesciat vñ esse Deum patrē, et vnum iesum christum filium eius? Miror tamē quomodo hunc locū iste notauit, et illum pr̄termisit, vbi vñici filij cōmemorationem, idem beatus Leo facit, dicens, idem verò sempiterni genitoris vni genitus sempiternus. Natus de spiritu sancto, ex Maria virgine. Sed et hoc quoq; mirandum est, cur non simili dementia reprehēdit, quod ait, Qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine, quando hoc verbi Nićēna synodus nō posuit, & vt illi placet, hoc solū profiteri debemus, quod ibi scriptū inuenierimus.

O 2

Im-

## B. VIGILII.

Impiè autē calumniatur Leonem, quod in  
vnum quidem authorem & verum filiuū dei  
verbum, & in aliud recognitatum & congo-  
rificatum ex Maria hominē crediderit, hoc  
ita eum sensisse vel docuisse probari nō po-  
test. Magis enim vnum eundemq; cōfessus  
est Dei & hominis filium dominum Chri-  
stum, dicens, Vnus enim idemq; Dei & ho-  
minis filius. Et iterum, Vnus atq; idem me-  
diator Dei & hominum homo Christus Ie-  
sus. Hoc etiam capitulum mira impudētia,  
reprehensione dignum putauit, in quo ait,  
Verbo scilicet & operante, quod verbi est,  
& carne ex consequente, quod carnis est,  
vnum horum coruscat miraculis, aliud suc-  
cumbit iniurijs. Et primō quidē intenden-  
dum est, quod non dixerit, vt tu imperite ca-  
lumniaris, Vnus horum coruscat miraculis,  
& aliis succumbit iniurijs, per quod sine vi-  
la ambiguitate, duos videretur quoscunq;  
separatos, vel duas significasse personas, sed  
ait, Vnum horum & aliud horum, quia in  
vnum, id est, hoc & illud non personarum  
diuersitas, sed generis distinctio demon-  
stratur, verbi scilicet & carnis.

Item dixit Leo, Qui enim verus est neus,  
idem verus est homo, & nullum potest esse

in

## L I B E R . I I I I .

107

in hac vnitate mēdaciūm, dum inuicē sunt  
& humilitas hominis & altitudo deitatis:  
quod tu solita malignitate in aliud detor-  
sistī, dicens, Eum duos quosdam separatos Duo quedam  
induxisse, vicissim quæ sibi sint ppria ope- in Christo:  
rantes, cùm ille altitudinem & humilitatē, non duo Cœrē  
id est, vtrāmq; naturam, velut duo quedam, fiti, iuncta  
non duos quosdam, in vno Christo manen-  
tes voluerit demonstrare. Miror autē quo-  
modo non hac existimatione apostolum  
quoq; accusaueris Paulum, quia & ipse dūo  
quedam esse dixit in vno homine, vicissim  
quæ sua sunt propria operantes, & contra se  
inuicem nitentes, spiritum videlicet & car-  
nem. Hæc(inquit) sibi inuicem aduersant̄.  
Sicut ergo vñus est homo, in quo sunt duo  
quædam in se inuicem permanentia, & sua  
quæq; propria operantia, nec potest alius  
dici, dum secundum carnem sapit & facit,  
& aliis, dum secundum spiritum viuit, sed  
idem ipse est, in vtroq; habēs in se vtrunq;  
Ita & Christus, dum vñū in se habet, in quo  
succumbit infirmitibus, & aliud in quo ra-  
diat micatq; virtutibus, id est, caro & verbū,  
quæ duo Apostolus in eo distinguens, ait,  
Nam & si crucifixus est ex infirmitate no-  
stra, sed viuit ex virtute Dei, non bipertitus,

O 3 &

## B. VIGILII.

& alius atq; alius, sed idem ipse vñus, atque idem apertissimè demonstratur. Verùm tu, dum per vnius naturæ processionem humanaam Christo conaris auferre naturam, videris tamen confiteri quod negas. Dixisti enim, Ipse est Deus qui in carné natus est, q; est verbum Dei patris, qui factus est inconuertibiliter perfectus homo, permanens Deus, filius vnigenitus, & Deo similis in virtute, & nobis similis in infirmitate. Si Deo similis est in virtute, & nobis in infirmitate, similitudo autē deitatis in virtute, proprietas est diuinæ naturæ, proculdubio similitudo humanitatis in infirmitate, proprietas est humanæ naturæ. Non prudētis est in re simili dissimilia confiteri. Sed & cùm dicis, Qui factus est inconuertibiliter perfectus homo, permanens Deus, nostrā imò catholicā, aduersus quam niteris, fidē confirmas. Si enim non est conuersus in carnem, & factus est homo permanens Deus, hoc ipsum quod factus est homo, quia immutatio dei nō potest, adsumptio dicatur necesse est, ac sic geminū quiddā erit id quod erat, & mutatum non est, & id quod non erat, & factū est vel adsumptum : quia id quod erat non est mutatū in carnem, & tamē habet carnē,

sicut

## LIBER IIII.

108

sicut ipse ait, Caro mea vera est. Cuius & Petrus meminit, Neq; caro eius vidit corruptionē. Quia ergo nō est id ipsum haberi & habere, verbū quippe habet, habet autē caro, perspicue & liquidō comprobatur Christū vtriusq; esse naturę, vnius verò psonę. Vnde quicqd copiosiū & latiū p̄fīeq; voluisti, vt vnu ostēderes Christū, noueris te superfluis immoratū laborib;. In hoc sanè subtiliter & impiè fidei Christianæ illudens, vt q; Christus vnu est, quod negari non potest, vniōne personę ad p̄ejudicium inflesteres vtriusq; naturę, dū vtraq; natura vno semp̄ nomine nuncupet. Nā cūm Iesus Christus nō verbi, sed carnis propriū sit nōmē, & Deus propriū verbi, nō carnis constet esse vocabulū, tamē & verbū, propter carnē suā, homo Iesus Christus, & caro, propter verbū, Deus verbum est. Christi em̄ nomen ex eo illi est, quod ad eū propheta dicit, Vnxit te deus n̄us tuus oleo exultationis, p̄e confortibus tuis. Non em̄ verbi natura vñcta est, que confortes secundum se habere non potuit; vnde apparet ad id, quod homo factus est, pertinere vñctionis, id est, Christi, vocabulum. Ideo Apostolus ait, Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, quia cùm in

O 4 for-

## B. VIGILII

forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens: cùm profectò antequām ab illo forma serui esset accepta, nondum fuerit Christus, sed tantummodo verbum, id est, antequā esset homo nondum erat homo, sed tantummodo Deus, nondum erat Christus, antequā nostri habitus similitudine homo esset inuentus, & tamen Christus est in forma Dei, Christus in forma serui, Christus æqualis patri, Christus inferior patre, idem Deus, idem homo: vnde constat & diuinitatem humanitatis habere vocabulum, id est, verbum dici carnem, & carnem dici verbum, nō quia in se vtrung; mutatum sit, sed quia vtrunq; vna persona, id est, unus Christus sit: & ideo rectè credimus & prædicamus cum Apostolo Deum crucifixum & mortuum in humana natura, quæ ex vniuersi verbi confortio deitatis, perficit & nomen. Ipse igitur unus idemq; Dei filius dominus Iesus Christus, & mortuus est secundum formam serui, & non est mortuus secundum formam Dei. Idem patri æqualis in forma Dei, idem patre minor in forma serui.

Quæ cùm ita sint, quicquid de vtraque for-

## L I B E R . I I I I .

109

forma secundum tui sensus prauitatem disputare voluisti, noueris ita expositione casari, qua sanè imperitia, vel potius demézia, euangelicum volueris immutare sermonē, scias non esse ignotum. Quod enim ibi legitur de Christo, quando inter duos latrones crucifixus est, ex Prophetæ testimonio, dicentis, Et inter iniquos deputatus est: tu dixisti, Et inter mortuos deputatus est. Deniq; ista tua sunt verba, Vitæ (inquis) datorum & amatorem hominis Deum, qui inter mortuos deputatus est, & corruptione & morte nunq; victus est, quin in infernum, vt obnoxius descendit naturæ, sine peccato. Vides quantū sacrilegij habeat vnius tam confessio naturæ? Vides in quæ vos impietatis abrupta präcipitet nouitas ista doctrinæ? Quia enim sic vultis videre Deum incarnatum, vt nihil habeat humanæ naturæ, sed totum quod est deitatis natura sit, Dei enim naturam (quæ immortalis est) sciētes mori non posse, nec ei penitus mortis nomen congruere, elegistis à fide apostolica exorbitare, dicendo, Deum inter mortuos deputatum, quā eum fateri secundum hominem mortuum, vt Apostolus docet, dicens ad Roman. Sicut per inobedientiam

O s vnius

## B. VIGILII.

vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam vnius hominis, iusti constituentur multi. Hanc autem mortis esse, quam pro nobis in nostrę naturę veritate suscepit, ipse nihilominus docet Apostolus, dices de Christo, Factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Et iterum, Recōciliati sumus Deo per mortē filij eius. Et ad Corinthios, Tradidi (inquit) vobis, quod & accepi, quia Dominus Iesus Christus mortuus est, secundū scripturas. Quo ergo metu formidaueris, Deum dicere mortuum, non est nobis ignotū. Noueris tamen te cōtra tuam professionē venire, dum dicas de Christo, qui in infernum descendit, ut obnoxius nostrę naturę sine peccato. Siergo nostrę naturę obnoxius fuit, nostram profectō naturā habuit: aut si non habuit, ostēde vnde obnoxius fuit? Nemo enim debet aliquid ei, à quo nihil accepit. Sed & cū dicis in sequentibus de Christo, exponens Hieremī testimoniū, Et cū hominibus conuersatus est secundum humanam formam, ex Adā seruo suo, tuis nihilominus professionibus aduersaris. Apertissimè em̄ declarasti secundum humanę naturę adsumptionē, neum inter homines conuersatū. Sicut enim

## LIBER IIII.

110

enim Deiforma, in qua est filius equalis patris, nihil est aliud, quām dei natura: ita serui forma nihil est aliud, quām humana natura, in qua est inferior patre. Attende igitur vim dicti tui, & tibi magis ipsi quām nobis credito. Dixisti em̄ ex Adam formā serui habuisse, licet nolueris dicere accepisse, quod Apostolus ait, Semetipsum exinanivit, formam serui accipiens. Sed quid ad nos, si verbum refugeris, cuius sensum vitare non potuisti. Quod ergo ex altero est illi, non erat ipsis, priusquā id acciperet. Nemo enim ab altero mutuat, quod in seipso habere dino scitur. Vnde apparet Dei verbū sic incarnatum vt ex nobis, quę nostra sunt, acciperet, non vt suam naturam in carnem mutaret. Ac sic in eo duplex erit natura, verbi scilicet, quę mutata non est, & carnis, quę ex Adam seruo eius accepta est.

Sed iam cætera tua, quibus catholicam fidem reprehendis, qualia sunt, videamus. Loquens enim ad Leonem, & ad omne Concilium, ita eorum verba interponis. Dixistis em̄ (inquis) addentes etiā hęc, Vnus atq; id est verē filius dei, & verē hominis fili⁹. Quā sententiam talibus incusas verbis, & petulan tibus niteris attenuare cōuicijs. Auscultate obſe-

## B. VIGILII

obsecro(dicens)venenatē lingue dolū,quomo duos introducentes filios, preposuitis,vnus atq; idem est filius, qui inconueribiliter factus est homo. Hoc dixerūt. Sed tu, aut non intelligis, aut quod magis verū est,impiè calumniaris. Nam cùm dixisti tu, Factus est homo:hoc illi dixerunt,Idem est filius hominis: sed si tibi filij hominis displaceat nomen, dele euangelium, ipsum filium malè de se pronunciasse cōtende. Nam ipse vtique hanc fidei regulam dedit, ipse sibi vtrunq; nomen imposuit. Cæco enim, à se illuminato,sic ait, Tu credis in filium Dei? Sed quod hic filius Dei ipse sit & filius hominis,alibi ait,Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? & alia q̄plurima. Num ergo & ipse Christus se ipsum diuisisse credendus est, qui se & filium Dei, & filium hominis confiteri dignatus est?

Item calumniaris Leonem,quod quasi hominem quendā ex Maria dixerit natum, in quo verbum inhabitauerit, ex illo eius testimonio,quo ait, Cooperatur enim vtriq; naturæ cum cōmunione alterius, quod proprium est:hominem quendā nunquā dixisse demonstras. Quod autem verbum in carne sua,id est, in homine, quod ipse factus est,

## LIBER IIII.

III

est, habitauerit, Ioannem audi, dicentem: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis,id est,in nostræ naturæ carne. Nam posset dicere,habitauit nobiscum, si præsentiam eius ad homines, & non habitationem in sua propria carne, quæ ex nobis est , voluisse ostendere. Sed quia nostræ naturæ homo factus, nostræ naturæ corpus incoluit,dictus est habitat in nobis. Et hinc iā in cœlo esse,& ad dexterā patris sedere, nos Apostolus docet,in ipso,qui nostræ naturæ verum corpus adsumpsit. Ait enim,Et simul suscitauit, & simul sedere fecit in cœlestibus,in christo. Vnde ergo ibi sedemus, si naturam nostram in Christo non ibi habeamus? Quod autem Christus non tanquā alius in alio inhabitat , dum id quod ipsius est proprium,id est, in carne sua inhabitat. Apostolū audi, dicentē de ipso, In quo inhabitat (inquit) omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et iterum, Deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi. Et iterum, Sol uens inimicitias in carne sua. De proprietate operationis vtriusq; nature,jam superiū disputauimus, quam & tu pari adfensione cōuinceris profiteri. Ais enim,Confitemur filium hominis ex semine Abraham & David,

## B. VIGILII

uid, & infantem, & puerum, & Bethlemitē, & ex Nazareth, & si q. i. aliud volūtariæ paupertatis est propriū. Quæ est em̄ eius paupertas, nisi naturæ infirmitas? quia id quod ait Apostolus, Qui cùm diues eslet, pauper factus est, quid est aliud, nisi cùm Deus eslet, homo factus est, ac p̄ hoc salua vtriusq; naturæ operis proprietate, vnum atq; idē est Christus. Quod & ipse fateris, dicens, Diuinæ operationes, & carnis passiones contemnū & credimus: dum enim passiones specialiter carni adscripsiſti, proprietatem humanae naturæ aperiſſimè demonstrasti.

Videamus & alia, quæ reprehendis, Quid inq̄s Leoni, secundum hoc & hoc in Deum & hominem vnum dominum Iesum Christum filium diuidis, dicendo Deum secundum hoc quod omnia per ipsum facta sunt, homo autem secundū hoc quod factus est ex muliere? Si non licet dicere in Christo, secundum hoc inest, aut secundū diuinitatem, aut secundum carnem, quomodo de ipso dicit Apostolus, Qui factus est ex semine David secundū carnē? Aut tu quomodo in subjecti aisti, In nullo diuiditur Christus, neq; secundum incarnationem, neq; secundum copterñam naturam, neq; secundum voluntariæ

## LIBER IIII.

iii

passiones, neq; secundum ineffabilem gloriam, si secundum hoc & hoc, diuisio tibi sonat? Ecce tu in quatuor partitioēs christū diuidisti, quem tamen, sicut est, indiuisum dixisti. Quod ergo simili modo præsumere ausus es, in alio reprehendere nō debes. Stultitia enim est, id velle refutare, quod pariter conuinceris non negare. Quomodo autem & hoc volueris reprehendere non intelligo, quod idem beatus Leo adserit, dicens, Natiuitas carnis manifestatio est humanæ naturæ, partus virginis diuinæ est virtutis indicium, infantia paruuli ostendit humilitate cunarū, magnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum, similis est rudimentis hominū quem Herodes impie molitur occidere, sed dominus est omnium quæ Magi gaudent suppliciter adorare. Adseueras enim secundum prauitatem sensus tui, quod his verbis Leo duxi voluerit ostendere Christos, quum ipsum, quæ dixit infantem, ob manifestationem humanæ naturæ inuolutum humiliitate cunarum, eundem ob indicium nihilominus diuinæ naturæ adseruit declaratum vocibus angelorum. Si em̄ diceret, Alius iacebat in pannis, aliis prædicabatur ab angelis, alium Herodes quærebat occidere, alium

## B. V I G I L I I

aliū Magi gestiebāt suppliciter adorare, rectius argueretur male sensisse. Cūm verò eundē dicat cunis inuolutū, quē milia prēdicant angelorū, eundē Herodis insidijs appetitū, quem callens astris quæsiuit cura Māgorum, quid conaris ad diuisionis vitiū reflectere, quę vno Christo ad demonstratio- nē dicta sunt vtriusq; naturę? Quid ea reprehendis, quę ipse fateri cōuinceris? Nā ita culpabiliter Leonē affaris. Cur(inquis) non cōfiteris Deum verbū infantem natū propter nos, & permanentē similiter Deum, & inuolumenta carnis suscepisse nostræ naturæ ppter nos? Sic em̄ nobis similis factus est per omnia sine peccato. Ecce quod vbiq; arguis, quod vbiq; exprobras, quod impium & sacrilegum putas, oppressus veritatis moli- bus, cogeris profiteri. Si enim inuolumēta nostræ naturæ suscepit, profectō nostræ na- turæ veritatem habuit. Neq; enim pannorū inuolumentis, & materni lactis alimēto in Deo nutriti potuit, nisi quod in illo nostræ naturæ proprium fuit, nec in aliquo nobis poterat similari, si non id, quod ipsi sumus, in seipso dignaretur accipere.

Adhuc autē quę nostra sunt, imd̄ quę ve- ritatis sunt, inuitus fateris, dicens, Gloriatur

no-

## L I B E R . IIII.

113

nostra natura honorificata, videns eum qui est vnius substantię cum patre secundum diuinitatem, & nobiscum vnius substantię secūdum inenarrabilem ex virgine incarnationē, sedentē in dextera magnificentiæ sui patris. Eius em̄ caro, naturalē & super omnē gloriæ splendorem, ineffabili lumine resul- gens, gloriatur nostræ naturæ infirmitas. cōfessus es diuinijs diuinitatis eius, infirmitatē nostræ glorificatam esse naturæ, cuius glori- ficationis eius hāc esse adseris causam, quod hāc natura per vnitatem verbi glorietur se- dere ad dexteram dei. Hāc si simpliciter sen- tiantur, recte & catholice dicuntur. Dixisti etiam, Quòd sicut vnius substantię est filius cum patre secūdum diuinitatē: ita vnius sub- stantiæ est nobiscum secundum incarnatio- nem. Qua professione, vt tecum simpliciter agam, duplē in Christo fateris esse natūram. Quia, si secundum diuinitatem vnius cum patre substatiæ, & rursum vnius est no- biscum secundum incarnationē naturę, ge- mina est profecto naturę. Si vero te rectius exagitem, & quę sentis pressius ventile, quāta sequantur absurdā perspicies. Dixisti chri- stum sicut cum patre, ita & nobiscum vnitatem habere substantiæ, vnam tamē vis eum

P habe-

## B. V I G I L I I

habere naturā, vna ergo & Dei & nostra est natura, & quid hac professione magis impium erit? Deinde & patrum nostrorū auctoritate, communī omniū sapientium iudicio, nō est vnius sed duorum communionē eiusdem habere substantię. Ac sic tu duos nobis quosdam christos inducis, vnu qui cum patre vnius sit secundum diuinitatem substantiæ, alium qui nobiscum secundum carnem vnitatē habeat naturæ, quomodo vt dixi nostra & patris non est vna substantia, tu autē in Christo noluisti duplēcē esse naturam, necesse ergo erit, secūdum quod profiteris, alium esse Christum, qui cum patre habeat vnitatem substantiæ, alium qui nobiscum. Quia si non vnu vtrasq; haber, cū duæ sint, tu autem vtrasq; habere dixisti, duo sint necesse est, qui singulas habeant, & per id vos potius quaternitatem ecclesiæ introducitis, qui in vno Christo vtramq; naturam fateri non vultis. Repetam adhuc, si valeo, plenius, Patres in Nicæo concilio profitentes patrē & filium vnius esse substantię, duas vtiq; personas in vnitate naturę intelligendas religiosissime tradiderunt. Igitur vos cum dicitis, verbum & carnem vnius esse substantię, duas nobis Christi personas, duosq; Christos indu-

## LIBER III.

ii4

inducitis. Quia sicut auctoritate patrum nostrorum, qua non nisi inter duas personas vnitatem substantiæ accipi vel dici sanctum est, id ratio flagitat, vt si iuxta impiam vel trā sententiam, vnius substantiæ sunt, verbum & caro, duæ sint profecto personæ, verbi & carnis, communionem vnius habentes naturæ. Deinde necesse erit, vt & caro, sicut & verbum, si vnius cum eo est naturæ, increata sit & inuisibilis, atque incontrectabilis, & initio carens, aliter enim cum verbo vnitatem non potest habere naturæ. Sed quia carnem his conditionibus subiacere impossibile est, vnius autem vt dicitis cum verbo naturę est. Verbum enim erit, secundum Arrianos crea bili & contrectabili atque visibile & ex initio subsistens, quia aliter cum carne non poterit vnitatem habere naturæ. Deinde si ver Caro Christi bi & carnis vna natura est, quomodo cū verbum vbique sit non vbique inueniatur & caro, namque quando in terra fuit non erat vtiq; in cœlo: & nunc quia in cœlo est, non est vtiq; in terra, & in tantum non est, vt secundum ipsam Christum spectemus venturum de cœlo, quem secundum verbū nobiscum esse credimus in terra. Igitur secūdum vos, aut verbum cum carne sua loco

P 2 conti-

## B. VIGILII.

continetur, aut caro cum verbo vbiique est, quādo vna natura contrariū qd & diuersum non recipit in seipſa. diuersum est aut & longe disimile circumscribi loco, & vbiq; esse, & quia verbum vbiq; est, caro autē eius vbique non est, apparet vnum eundemq; Chriſtum vtriusq; esse naturæ, & esse quidē vbiq; secundum naturam diuinitatis ſuę, & loco contineri secūdum naturā humanitatis ſuę: creatum esse, & initium non habere: morti ſubiacere, & mori non posse: quod vnum illi est ex natura verbi, qua Deus est, aliud ex natura carnis, qua idem Deus homo est. Igitur vnuſ Dei filius, idemq; hominis factus filius, habet initium ex natura carnis ſuę, & non habet initium ex natura diuinitatis ſuę: creatus est per naturam carnis ſuę, & non est creatus per naturam diuinitatis ſuę, circumſcribitur loco per naturā carnis ſuę, & loco nō capiſ per naturam diuinitatis ſuę: minor est etiā angelis per naturā carnis ſuę, & equalis est patri secundum naturam diuinitatis ſuę: mortu⁹ est natura carnis ſuę, & nō est mortuus natura diuinitatis ſuę. Hęc est fides & cōfesſio catholica, quam apostoli tradiderūt, martyres roborauerūt, & fideles nunc vſq; custodiunt. Vnde imp̄ſſime & Eutychianæ hęre feos

## L I B E R IIII.

115

feos veneno infectus, Leonē audes reprehēdere, dū ex diuersitate gestorum vnius dñi christi veritatem edoceat vtriusq; eius natuṛa, vt quod ille ad demonstrationē vtrarum que protulit naturarum, professionem calumnieris duarum eſte personarum.

Deniq; eius ista sunt sunt verba, Natiuitas earnis manifestatio est humanę naturę, par tus virginis diuinę est virtutis indicium. Et iterum, Agit em̄ vtraq; natura, cum communio ne alterius, quod proprium est, verbo ſcili- cet operante quod verbi est, & carne exequē te quod carnis est. Et iterum, Quāuis in dño Iesu ch̄ro nei & hoſis vna persona fit, aliud tñ est, vnde cōmunis iniuria est, aliud vnde cō munis est gloria. Quę verba tu iniq̄s iterpre tatiōibus hoc modo reprehēdis, Quis audiat (inquis) duob⁹ ppositis articulis, & signifi cationibus in duobus quibusdā noībus vnu Deo, & aliud homini i vna posse cōuenisse psonā. In vna em̄ persona aliud & aliud cōmu niter nunquam dicitur, vnde manifeſte aliū Deum verbum, alium iniuriā paſſum homi nem memorasti, dicens, Aliud eſt vnde com munis est iniuria, aliud vnde communis eſt gloria. Nemo em̄ in vno homine cōmunio nem patientis carnis accipit, cum fit caro fe-

## B. VIGILI.

cundum naturā homo, quomodo aliud verbum glorificatum, aliū hominem iniuriam passum dixisse vel sensisse credendus est, qui in subiectis ait, Quem, vt hominē, diaboli tētat astutia, eidem, sicut deo, angelica famulatur officia. Nunquid dixit, aliū diaboli tentat astutia, & alio sicut Deo angelica famulatur officia. Et iterū, Impassibilis Deus non dedi gnatus est homo esse passibilis. Et iterū, Qui em̄ verus est Deus, idein verus est homo. Nū quid dixit alias est deus impassibilis, & alias est homo passibilis: alias est verus Deus, & alias est verus homo: sed q̄ verus est Deus, idē, inquit, verus est homo. Quę cū ita sint in hominē vteris officio, religiosis dictis callide insidiaris, vt superiora demenda ac sequētia nō addendo, ita media eligas, vt verba sententijs exuens, de eorū nuditate pro arbitrio ludas. Redde igit̄ suis omnia locis, & p̄pria sententijs indumenta restituas, & noli insidiosis fraudibus calumnias innectere, vt quod ad demonstrationē vtrarumq; dictū est naturarum, ad dualitatem referas personarum.

**Diversa sunt opera uerbi** Verū quia dixit in vno Christo aliud esse verbi, aliud carnis propriū, sic tñ vt sit vtrumque commune, id est, vt & mors, "quod est Christo, proprium carnis, pertineat ad verbum, & vi-

## LIBER IIII.

ii6

ta, quod est propriū verbi, pertineat ad carnē: quia ex vtrisq; christus subsistēt vnum est in vtrōq; visum est tibi obijcere qd' in vna persona aliud & aliud, & communiter dici non possit. Quia nemo, inquis, in vno homine communionē patientis carnis accipit cū sit caro, secundum naturā homo. Requiramus quis in hoc apostolicis cogruet sensib', vtrum tu an Leo, qui sicut fidei regulā, ita & verba sequitur apostolica. Dicit ergo Apostolus ad Romanos. Sicut in vno corpore multa sunt membra, omnia autem membra non eandem habent operationem. Quod ad Corinthios latius explicans dicit, Nā & corpus non est vnum mēbrum, sed multa. Si dixerit pes, qm̄ non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Si dixerit auris, non sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi est auditus? Si totum auditus, vbi est odoratus? Et infra, Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Ecce Apostolus in vno homine, in vna persona, alia atque alia inesse dicit opera multumque à se inuicem diuersa, sed ita vniuersaliusq; mēbri separata & propria;

P 4 vt

## B. V I G I L I I

ut tamen cum alio membro habeantur communia. Neq; enim quia diuersum est oculis audire & auribus videre, ideo non est vnius hominis vtrunq;, aut quia diuersum est capiti & pedibus ambulare, ideo non est opus commune. Sicut ergo diuersa habent opera caput & pedes in homine vno, & tñ vnuis est homo, nec alius est in capite, alius in pedib: sic diuersa sunt opera verbi & carnis in Christo, nec tñ alius est in verbo, alius in carne, sed ex vtroq;, & in vtroq; idem est Chrs. mori certe & non mori lóge diuersum est, & tñ nos ipsi sumus qui morimur, & nos ipsi sumus qui mori non possumus. Ait enim saluator discipulis suis. Tunc tradent vos in tribulationem & occidet vos. Sed vide quid iterum alibi dicit. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam aut non possunt occidere. Ostendens in vno quoq; nostrum vnu esse mortalem & alium immortale. caro quippe in nobis moritur, vnde & in symbolo, carnis resurrectione, non animæ cōfitemur, quam esse immortalem credere iubemur. Quia ergo saluator in vno homine duo ista diuisit, quibus & proprietate qualitatis adsignauit, ideo putādus est, vnum hominē in duos homines diuisisse? Si ergo vnuis est homo qui mori

## L I B E R . I I I I .

117

moritur ex vno, & nō moritur ex altero, certe vnuis est Christus, qui mortuus est ex carne, & non est mortuus ex verbo. Quia secundum naturam, quæ in eo mortalis fuit, mori potuit: secundum illam autē, quæ in eo mori non potuit, semper immortalis permanet. Igit̄ vos qui eum vna tantummodo naturam habuissile, vel habere fatemini, ostendite nobis quomodo idē potuerit mori. Non enim potest vna natura eadē mori & eadem non mori, qui si immortalis est, hoc ipso quo est immortalis non moritur, & si mortalis est, eadem mortis conditione moritur, non potest in vna natura esse vtraq;, & quia chrs haebuit vtramq;, vtriusq; profecto erat naturæ, ex quibus in eo inueniūt vtrunq;, aut si nō habuit vtrūq;. i. & vitam & mortem in seipso, sed aut vitam aut mortem tantummodo, quia alia est natura mortis, alia natura vitæ. Vos autem dicitis christum vnuis esse naturę, dicite euidētius, quę ex his duabus naturis vna in eo fuerit natura, si vitæ. i. verbi. Quia verbum est vita: ergo verbum, id est vita, mortua est in seipso? Sed quia verbum. i. vita, mori non potest, christus aut mortuus est, nihil aliud restat secundū vos, nisi vt Christus aut omnino non fuerit mortuus, vnam tantum

P 5 verbi,

## B. VIGILII.

verbi, id est, vita habens naturam, quæ mori non potuit: aut si vere mortuus est, quod negari non potest, mortis tñ, id est, carnis haberit naturam, quæ mori potuerit. Agnoscite igitur, ô miseri, quantæ perfidiæ, quantæ impietatis sit, vñā in christo fateri naturam, per quam eum aut mortuum credere cōuin cimini, aut falsum ideo non ibi eum cōfitem tes mori potuisse, vbi potuit mori.

*sacrilegium  
commixtionis  
naturarum.* An forte ista nescio qua vestra natura ita ex verbo & carne concreta est atq; cōpacta, vt ex vtroq; subsistens, vtrunq; amitteret, in vtraq; esse quæ neutrū ex vtroq;. i. vt nec verbum retinuerit naturam suam, commixtiōe carnis humānæ, nec caro proprietatē naturæ, cōmixtiōe naturæ diuinæ, atq; ita nec homo nec Deus sit Christus, vtroq; in vtrūq; fraudatus. Quod quanto sacrilegio cogite quæ so reminiscimini. Hoc em̄ vnius naturæ professio cogit intelligi. Sed si secundum quod & ipsi fatemini, ita est verbum caro factum, vt non fuerit tñ in carnem mutatum atq; cōuersum, retinens & non amittens proprietatem naturæ suæ, in qua vniōne carnis suæ, quam miro & ineffabili modo operatus est in utero matris suæ: & rursus, caro eius non amisit, nec perdidit proprietatē naturæ atq; gene-

## L I B E R IIII.

ii8

generis sui in cōmunione verbi diuini, quis non videat istam vniōne verbi & carnis non auolutionem singularis pofecisse personæ? Nam cum & vos dicatis, sicuti & vere dicendum est, eundē perfectum Deum, perfectū hominem, eundem verum deum, verum hominem, vnde erit perfectus, verus in vtroq;, nisi per veritatem & proprietatem vtriusq; naturæ? Sed ne putemur calumniari vobis, dicēdo vos ita credere, sicut fortasse nō creditis, verba vestra ponamus, q̄bus si pudoris aliquid geritis, relistere non debetis. Ita em̄ in eo libro, quæ contra Chalcedonēse concilium casso labore cōfecistis, habetur exp̄sum. Sic em̄ qui ex Maria natus est saluator, incōuertibiliter incarnatus, cum esset Deus, factus est homo, & dictus est filius hominis, qui est ante sēcula Deus verbum, immutabilis permanens in natura dei. Vnde & unus filius dei, in vna persona digne pieq; est cōfittendus. Sine enim Deo verbo segregata carnis natura nō subsistit in virgine, & ita īenarrabiliter vnitū est carni Deus uerbum, ut incarnatū, & caro immutabiliter factum, vere & inconfuse perfectus fieret homo, unde eum hominem simul & deum confitemur, hominem quidē propter quod ex nobis est uera incar-

## B. VIGILII

incarnatio, Deum autem eundē propterim mutabilem eius, etiam post incarnationem, ex Deo patre naturam. Ecce dicitis verbū in cōuertibiliter incarnatum & hominē factū, dicitis vebum carni vnitum, dicitis inconfuse hominem factum, dicitis eundem hominem simul & Deum, hoīem quidem, propter quod ex nobis est vera incarnatio, Deum autem eundem, propter quod & post incarnationē immutabilis pmansit eius ex Deo patre natura. Quis ita stolidus & exigui sensus, contra sua vñquam militat verba? Quis eosque insipiētia labitur, vt fidem suam ex ipsa defensione, qua vindicat, arguat? Dicitis in christo vnam esse naturam, & ecce id ipsum quātum destruitis verbis? Fateri em̄ verbum inconuertibiliter hominem factū, atq; cum carne inconfuse vnitum, professionē vnius naturæ apertissime destruit, cū & vñiri duo rum soleat esse, & hac ipsa vnlione non mutari, ne confundi integritatē, & proprietatem indicet vtriusq; naturæ. Item cum dicitis eū dem hoīem, simul & Deum, quid aliud, nisi in vno duo quedā ostenditis? Nemo enim de qualibet re singulari recte dixerit, simul.

Item cum dicitis ob hoc verbum hominē propter eius ex nobis veram incarnationem.

Et

## L I B E R . I I I I .

119

Et ob hoc, rursus verum Deum, propterim mutationem diuinæ ex patre naturæ, etiam post incarnationē geminas profecto, integras, immutatas, inconfusas verbi & carnis temini esse naturas. Quia si verbi natura nō est mutata, neq; confusa in carne. Et rursus, carnis natura nō est mutata nec confusa in uerbo, sed tenet utraq; integrā & incorruptā ueritatis suæ proprietatem, non possunt utraq; dici una. Si aut̄ dicatur, sequitur illico vt corruptionē sui ptulerint, & mutatę sint in id, quod ita unum sit, ut utrunq; esse nō possit. Quod cum merito fugiatis, quia est impiū, & detestabile, cur uno uerbo in id inciditis, quod multis detestamini uerbis? cur pium & catholicū sensum, quē de uerbi immutatione, & carnis eius ueritate tenetis, hac una infanda professione destruitis? Credite igitur uobisipfis, & cū orthodoxis pari confessione fatemini, Deum uerbum in utero uirginali carni suæ unitū, quod est caro factū, ut ipse unus sit in utroque, habens in seipso utrunq;, & naturā uerbi, qua Deus est, & naturam carnis, qua idē Deus homo est. Alter enim stare nō poterit, quod nobiscū creditis, ita eum factum fuisse, quod non erat, ut non amitteret quod erat. Quod erat autē, & quod

## B. VIGILII

quod non erat, non est unius naturæ, ac per hoc Dei filius naturæ est utriusq; non amittendo utramq;. Quia sicut Dei filius dici nō potest, nisi ex ueritate naturæ verbi, quæ illi est ex Deo patre: ita idem, filius hominis dici non potest, nisi ex ueritate naturæ, quæ illi est ex homine matre.

Quid sibi autē uelit tanta professionis uerba uarietas, ut quod una manu ædificatis, alia iterum destruatis, nō intelligo, nisi quia ueritatem religionis mendaciorum fucis eluditis, aliud ore, aliud corde gestantes. Nā qui paulò ante Dei uerbum inconuertibile fassueratis, rursus id, nescio qua cōuersiōe mutatum adserere uultis. Ita enim de ipso dixistis. Volens Dei uerbum liberare hominum genus, utpote creator sui figmenti semet ipsum replasmauit, incarnatus de nostra substantia. Quis tam nefandæ opinionis latenter non aspiciat dolum, imò magis apertū? Ergone Dei uerbum seipsum replasmauit, & non carnē sibi in utero matris creauit? cui se ineffabili modo uniuit, iuxta Salomonis uerba, dicétis, Sapiētia ædificauit sibi domū, quæ possit morte destrui, sicut ipse in euangelio ait, destruite téplum hoc, & in tribus diebus fuscitabo illud. Hoc, inquit, dicebat de-

tem-

## LIBER IIII.

120

tēplo corporis sui. Si ita, qui seipsum replasmauit, plasmatus ergo ante, nō genitus fuit. Nos autem filium Dei ante sæcula de patre non plasmatum, sed genitum confitemur: qui si, ut uos adseritis, nouissimis téporibus seipsum in utero uirginis replasmauit, plasmatus ergo, ut dixi. i. factus uel creatus, non genit⁹ fuit. Ac sic obtinuit Arrianū dogma, secundum istum impium sensum, facturam adserens filiū Dei. Deinde si seipsum replasmauit, destruxit ergo semet ipsum, id est, id quod prius fuit, & replasmauit se ī id, quod ante non fuit. Replasmatio em̄ sine destruētione prioris formæ nō potest intelligi. Et audi Hieremīā, Dixit (inquit) dñs ad me, descendē in dominum figuli, & ibi audies verba mea: & descendē in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus suum super rotam, & exterminatum est vas, quod faciebat in manibus eius, & conuersus replasmauit id in aliud, sicut placuerat oculis eius. Vides ergo replasmationem nouissimi operis interitum demonstrare prioris. Ita ergo & uerbum dei sine auolutione & interitu status sui prioris, replasmare seipsum non potuit in utero matris. Sed vt cōcedamus, quod huius sententiae cōditio nō sinit, sine sui auolutiōe seipsum re-

replasmauit, nihil iam inuenitur sumpsisse de virgine, & quid quarebat ibi se replasma re, vnde potuit nihil accipere? sed si accepit, quia Apostolus ait, Formā serui accipiens, il lud sine dubio, quod nō erat, veniendo sibi plasmauit. Sicut & pater ad eum per Esaiam loquitur, dicens, Plasmaui te, & dedi te in te stamētum gentiū. Et ipse in eodē propheta pari uoce testatur, et nunc, dicit dñs, formās me ex utero seruum sibi. Vnde mira impudentia, & detestabili prauitatis errore uerbū Dei replasmatum audetis adserere, cum hoc diuinis conscriptum literis, nusquam potestis ostendere.

Et quia longum est istum uestrum impiū sensum subtilioribus coartare quæstiōibus, & ostendere quanta eum nefanda, quāta se quantur absurdā, nūc illud videamus, quod uos Arriano sensu dixisse manifestū est, non posse in Christo aliquid maius & minus intelligi, cupientes ei solita calliditatis argumētatione, humanā inferre naturam, per quam possit inferior inueniri. Deniq; ista uestra sunt uerba, Quomodo aut in Christo nihil magnū, nihil minimū intelligi possit, etiam si nostris condescendit mensuris, per suam voluntatē, manifestat etiam diuina tre-

cento-

centorum decem & octo patrum delibera-  
tio, continens in vnum dominum Iesum  
Christum filium dei credere, quem & in car-  
natū, & vnius substatiæ cum patre cognos-  
cunt, non diuidentes minorem in Christo  
humanitatē, & æqualem patri iterum deita-  
tem. Vtinam solos vos in hoc errare sciretis.  
Et non etiam patres temeritate sacrilega in si-  
mili erroris crimine notaretis. Nicēna em̄ sy-  
nodus dominum Iesum Christum, secundū  
id quod ante sēcula de Deo patre genitus  
est, vnius cū eo dixit esse substantiæ, quia Ar-  
riani secundum hoc eum fateri nolūt, vnius  
esse naturæ. De qua enim vobis videntur na-  
tura dixisse vel dicere, erat qñ non erat, & an  
tequam nasceretur nō erat? proculdubio de  
natura verbi. De ipsa igitur responsum acce-  
perunt, quod semper esset, & initium nō ha-  
beret, ex nihilo non esset. Neq; em̄ Arriani na-  
turam carnis Christi ex nihilo factam affere-  
bant, quā ex virgine procreatā, non vtiq; ne  
sciebāt. Deniq; posteaquam sufficienter de  
hac diuina filij Dei natura disputauerunt re-  
ligiosissimi patres, in sequētibus etiam natu-  
ræ carnis eius commemorationē fecerūt, di-  
centes eum descendisse, & incarnatum esse.  
Non ergo, sicut tu eos accusare voluisti, pre-

Q poste-

## B. V I G I L I I

postero ordine posuerunt, ut prius dicerent incarnatum, & postea vnius cum patre substantiæ, sed prius vnius substantiæ vocabulum posuerunt, quod pertinet ad illam verbi naturam, de qua quæstio vertebatur, & postea incarnatum dixerunt, quod pertinet ad carnis eius naturam, de qua nihil fuerat multatum. Qui ergo & tempus & ordinem & distinctionem inter oþorū & incarnationem seruauerunt, oþorū dicentes coæternam patri, incarnationem autem ex tempore factam, euidenter in uno eodemq; Dei filio duas confessi sunt esse naturas. Vnā qua est de patre ante tempora genitus, & aliā, qua est ex muliere in fine temporū factus. Vnā in qua est patri coæternus, aliam in qua est tempore posterior inuentus. Vnam qua eum ostédit patri æqualē, aliam qua docet patre esse minorem. Quæ cùm ita sint, qua autoritate auditis adserere, non posse inueniri in Christo aliquid maius aut minus? cum ipse dicat, pater maior me est. Et, Ego & pater vnum sumus, & Lucas euangelista de ipso referat, Puer aut crescebat, & confortabatur. Quæ vos videtis professioni vnius naturæ cōtraria esse. Quia non potest vna natura, & maxime diuina, detrimentum augmentūq; recipere

&

## L I B E R I I I I .

122

& maior vel minor pariter appellari, elegistis aperta impudétia, contra fidem scripturarum, de christo mentiri, q; duas eum habere naturas catholice cōfiteri, per quas, idem magnus idem minor, non potest denegari.

Illud etiam libet pertractare capitulum, in quo tota effrenati furoris vestri erupit insania, id intendentis adserere, quod verbum se se palpabile Dei per naturā diuinitatis, non per naturam incarnationis suæ, palpabilem seipsum & visibilem dignatus est demonstrare. Hæc enim sunt verba vestra, Quod is, qui in principio erat Deus verbum, qui per prophetas nunciatus, caro factus est, super terram visus, & cum hominibus conuersatus, visibilis & palpabilis factus, vita æterna & natura Deus sit, adtestatus beatus Ioannes, dicés, Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod aspeximus, & manus nostræ tractauerunt, de verbo vitae. Quantum ego in his verbis intelligere potui, hoc mihi videmini velle astruere, quod trinitatis natura, quoniam ipsa est verbi natura, quæ inuisibilis semper & incontrectabilis permanet, in ipsa se verbum Dei visibile & palpabile præbuerit, non in natura carnis, quam sibi in utero matris vniuit. Quod si ita est, quid hac

Q 2 pro-

professione impiū, quid sacrilegum erat, unde nos tantæ perfidiae & temeritatis detestates, errorem Ioannis Apostoli, verba quæ isti ad patrocinium prauitatis suæ pessime abutuntur, non alio q̄ eiusdem apostoli sensu tractemus, constringentes prius coartantes istorū imperitiā, vt respondeat, quomodo, si in natura diuinitatis suę visus & palpatus est Dei filius, quare eū soli Apostoli vidisse & palpasse credendi sunt, cū pari visione & palpitu milites quoq;, qui eum crucifixerint, contrectauerint & viderint, & per hoc patrē quoq; videre potuerunt. Quia ipse ait, Qui me videt, videt & patrem. Quid hac professione impium erit? Neinde quid necesse fuit Apostolo dicere, Quod vidimus nūciamus uobis? Cum omnes illi qui tunc aderāt, & in eum crediderāt, similiter viderint eū. Quod cum ita sentire absurdum & vanitate plenū sit, spiritualia Apostoli verba spiritualiter aduertamus, quibus se non oculis & manibus corporcis, sed interioris hominis mēbris vidisse & palpasse verbum Dei testatur. Quia quibus naribus odor eius hauritur, & quo ore suauitas eius gustatur, ipsis oculis & auribus & manibus contrectatur. Denique dicit ad eum ecclesia, Vnguentū effusum nomen tuum,

et post te in odorem vnguentorū tuorum curremus. Et Paulus inquit, Christi bonus odor sumus. Et Daud, Gustate & vide te quoniam suavis est dñs. Credere ergo in filiū Dei, hoc est videre, hoc est audire, hoc est adorare, hoc est gustare, hoc est contrectare eum. In tactu autem firmitas credulitatis insinuatur, cui sensui præ ceteris sensibus maior fides habeatur. Nam & oculi phantasmate, & aures mendacio s̄epe fallūtur. Hoc ergo sensu Apostolus ita eum tetigerat, id est, ita in eum fundatissime crediderat, vt nū quam de eo posset aliquando dubitare. Et ideo ait, Quod oculis nostris vidimus, & manus nostræ palpauerunt. Nam viderunt vtiq; & contrectauerunt etiam increduli filium Dei per naturam carnis eius, sed soli Apostoli agnouerunt & naturam diuinitatis eius. Quod, vt noueris Apostolum Ioannem tam vel visionem pro mētis credulitate posuisse, audi quid in sequentibus dicat, Filiali, necdum apparuit quid erimus, cum autē apparuerit similes ei erim⁹, quia videbimus eum sicuti est. Certe palpauerat, certe videbat eum. Quid se igitur pro magno beatitudinis munere visurum præoptat, & ibi totā sui laboris mercedem constituat, si eum vi-

## B. VIGILII.

deat? Non enim ait, vidimus, sed videbimus, eum sicuti est. Nec ait, Apparuit, sed apparbit, nisi quia filius non apparuit sicuti est, sed sicuti factus est, videndus in futuro sicuti est. Credendo ergo, non videndo, ait Apostolus, vidiisse se id, quod ab initio est: vidit per fidei speculum in ænigmate, visurus manifestius retecto velamine. De qua visionis manifestatione, quæ solis fidelib. reseruatur, ipse dominus in euangelio dicebat, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego ostendam ei meipsum. Si videbant eum Apostoli, quomodo ob dilectionis meritū ostēs urum se eis in futuro pollicetur, nisi quia videbāt & non videbant eum? Videbāt eū sicuti factus est, & non videbant eum sicuti est. Creditabant tamen in eum sicuti est, & ideo videbant eum sicuti est. Merces enim credulitatis manifestatio est visionis. Si autem huic expositiōi obstinatissime resistere vultis, adarentes verbum in sua natura Apostolorū manibus contrectatum, date nobis huius intelligentiæ integrā verborum consequentiā. Non enim ait Apostolus, Et manus nostra tractauerunt verbum vitæ, sed tractauerunt, inquit, de verbo vitæ. Non ergo ipsum, sed de ipso tractauerūt, quod non ad contredic-

## LIBER IIII.

124

tionem visibilis tractus, sed ad tractum mentis inuenitur manifestissime pertinere. Deinde nunquid Apostoli in hoc totius fidei auctoritatē constituebant, vt crederemus dei verbum visibilibus manibus contrectasse, unde corruptus est dubius ille discipulus, qui tali voluit experimento dominum perteneret? aut quomodo cum eis huius gratiæ societatem habere possumus, non valentes palpare Christum, sicut illi palpauerunt? Quod, inquit, vidimus & audiuiimus, adnūciamus vobis, vt & vos societati habeatis nobiscum. Societas autē cum eis, hinc erit nobis, si creditamus sicut & illi in filium Dei, quem secundum diuinitatem fidei cordis intellexerunt, & secundum humanitatem corporeis oculis aspexerunt.

Et quoniam omnibus obiectis à te contra Leonis epistolam capitulis, competenti (vt arbitror) response occurrimus, & inanum quæstionum nebulas, fulgido veritatis lumine effugauimus: nūc & illa videain', quæ contra Concilium Chalcedonense contumeliosis vocibus antilastris, quorum refutationem alio ordinem initio.

Libri quarti finis.

Q 4

AR.

ARGVMENTVM LIB. QVIN-  
ti B. Vigilij, contra Eutychen.

**S**Vperiore libro egregie confutauit quæ Eutychiani cōtra Leonis protulerant epistolam, ultimo libro defendit Chalcedonensis Synodi decreta, & diligenter reffondet ad aduersariorum calumnias. Et initio seueriter castigat ipsorum ingratisdū & rebellionem, quod sanctis patrum fationibus impie audeāt obſtrepare. Hinc quia Synodus receperat quod dā olim synodo exclusos, quod iſtis factū dolebat, Vigilius ostēdit non receptoſe ſe p̄ter scripturæ exemplū. Objicit aliter p̄trea constituta eſſe in synodo de fide capita noua, quorum nulla mentio facta fuſſet in Nicæna synode, unde responda putabant. At Vigilius docet religioſe nonnunq̄ innouari, & ſepi us propter haereticorum artes noua quædā inducta eſſe, ut ueritati catholice interim nihil decedat. Addebat iſti nufpiā apud ueteres ullam naturā Christi factam eſſe mentionem. Vigilius uero pollicetur ſe diuerſum commononfratrū. Et mox ſolidē & copioſe euincit, Christum creatū eſſe ſecundum ueritātē humanae naturæ, aduersarijs incepū eſſe putantibus in Christo ali quid eſſe creatum factūq; confiteri. Postea repetit multa, que dixerat etiā in ſuperioribus libris, ſimilibus itē docet quod Christi utrūq; proprium eſt quod habet, ſed aliud fit ex natura uerbi & aliud ex natura carnis. Ad hæc congerit quāplurima ſcripturæ testimonia ac arguments ſolida, quibus demōstrat quām impium quām deniq; sacrilegū fit uel cofundere naturas, uel diuidere personā Christi. Iā ut promiferat ita ueterū ponit ſentētias, utramq; in Christo naturā conſidentes. Poftrō cū conſores naturārū maxime niterent Cyrilli ſcriptis, cōponit inter ſe Vigilius Chalcedonē ſynodi et ſe. Cyrilli uerba, ut etiā ſic eluēſcat naturārū Christi proprietas remanēs et pſone unitas in diuina. Ergo ſub finem hortatur aduersarios Deo gloriā dent, & ab erroribus ad ueritatem tranſeant orthodoxam.

B. VL

125  
B. VIGILII CON-  
TRA EUTYCHEN,  
liber quintus.



CIENS beatus apostolus Paulus profana & noxia lætalis doctrinæ instituta posſe veri ſpecie obumbrari, & latenti- bus intrinſecus dolis, arguta verborum ſuperficie, ſerpentinæ graſſatiōis virus obduci, nec facile veneniferum poculum, mellis dulcedine oblitum ſiuē permi- xtum, in ipſo primo libantis g��u ſentiri at que discerni, magnum nobis & ſingulare in dagandæ fraudis indicium dedit, vt ex cuiusq; doctoris morū qualitate doctrinæ ſinceritas exploretur. Namq; vt facili & prompta ſagacitatis attentione ſceleratę doctrinę præstigia deprchendere valeamus, ipſorum nobis authorum vitia probrofis & indignis voluptatum moribus perpetrāda depinxit, dicens, In nouifimis temporibus instabunt tēpora periculosa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidī, ſuperbi, blaſphemī, parentib; non obediētes, ingratī, ſcelestī, perfidi, ſine fide, ſine affectu, criminatores, pacē nō

Q 5 custo

## B. VIGILII.

Eiectos post  
temporum in-  
terualla non  
impie recipi.

custodientes, & cetera. Nō est ergo ambiguum ex impietate hæreticę prauitatis descendere, parentibus non obediare, eosdēq; falsis criminacionum iaculis appetere, hinc enim tales perfidos & sine fide, apostolicus sermo notauit, quod parentibus non solū obedientes, verum etiam acerrimi corum criminares existant. Quę cum ita sint, nulli erit profecto ambiguū, istos hæreticos esse, qui sancti, ac venerabilis Concilij Chalcedonensis decreta respūunt atq; contemnunt, tātorum que patrum religiosis cōstitutionibus audaci temeritate refūtū, à fide eos catholica declinasse ore sacrilego criminantes.

Et primo quidem eos de personis nunc de cōcilio eiectis, iterumq; post temporū inter ualla receptis accusant, quasi vero non sit christianum & Apostolicum, eū, qui fortassis ob contentionis vicium de concilio fuerat eiectus, debere iterum, ob pacis & cōcordiae gratiam recipi. Hac em ratione poterūt & Paulum Apostolum accusare, quod dum Ioannem, qui cognominatus est Marcus, de suo comitatu abiecisset, ita, vt nec roganti barnabę acquiesceret, pari eū societate in ministerio verbi a sciscere. Quia mōbre inter tātos, & tam egregios viros talis cōtentio orta

est

## L I B E R . V.

126

est, vt discederent ab inuicē. Rursus autē paullus eundem Marcū, quē dudum abiecerat, recepit, scribens Timotheo, Marcum adsume, & adduc tecum, est em mihi vtilis in ministerium. Ita ergo & illi pātres, quos dudū fortassis de Concilio ob aliquā noxam eiecerant, (Quoniā Salomon ait, Ei jce cōtentiosum de concilio, et cum eo vadit cōtentio eius) iterū eos emendatores factos in pacis gratia receperunt. Si tamē ita est, vel verum est, vt isti petulanti supercilio intendunt.

Deinde alia noua, q; quę Cōcilio Nicēno statuta fuerāt, Chalcedonensem synodū decreuisse criminant. Nescientes regulā & consuetudinē conciliorū catholicorū, sic noua posteriorib; concilijs, put necessitas emergentium hæreticorū exegerit, sancire decreta, vt tamen inuicta maneāt, quę dudū antiquiorib; cōcilijs cōtra veteres hæreticos fuerant promulgata. Nā si post Nicēni concilijs statuta nihil amplius licet recipere, qua authoritate spiritū sanctū & nius cū patre substantiæ audeamus adserere, quod ibi cōstat omnino tacitū fuisse. Et quanquā de cōciliorum diuersis sanctionibus, & nominū religiōsē additis nouitatib; plenissimē in eis libris, quos aduersus Sabelliū, Photinum &

Ar-

De additionibus nouis.

## B. VIGIL II.

arium, sub nomine Athanasij, tanquā si præsentes cum præsentibus agerent, vbi etiam cognitoris persona videtur inducta, cōscriptimus, à nobis fuerit expressum, tamen & nunc per pauca studio breuitatis inferimus: ex quibus istos clareat nimium imperitos & temerarios esse, qui nesciant multos fidei cōstitutiones, post Nicēnam synodum, contra nouorum hēreticorū insanias eruptiones, diuersis in locis congregatos Episcopos edidisse.

Et primo quidem apud Alexādriam Athanasius, Eusebius, Lucifer per legatum, & aliquanti qui nuper de exilio fuerant reducti, conuenientes quāquam essent numero pauci, sed meritis magni, plenissimam cōtra Macedonium, de sancti spiritus deitate, confessionis regulam conscripsérunt, eiusdem eū, cuius pater est & filius, substantiæ demonstrantes. Contra quos ille, sicut & isti faciūt Nicēni concilij autoritate nitebatur, adserens eos à patrum sententijs declinasse, noua, & vt ipse dicebat, impia de spiritu sancto decernendo, quæ ibi constat tradita nō fuisse. Quia impietatis præscriptione Apollinaris quoq; de incarnati verbi pessima interpretatione contra ecclesiā vtitur. Deinde aduersus

## L I B E R V.

127

sus sacrilegam impię professionis vnitatem, quæ per Osium, Valentem, Vrsatium, & germiniū cæterosq; similis prauitatis apud Syrmium fuerant conscripta, vniuersi orientales Episcopi conuenientes, alias, id iest, duodecim sententiarū definitiones addiderunt, quæ Nicēno concilio non continentur. Itē apud Sardicam omnium prouinciarum Episcopi congregati, id est, ex vrbe roma, Hispanijs, Gallijs, Italia, Cāpania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera dacia, Macedonia, Thessalia, Achāia, Epiris, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bithynia, Hellesponto, Phrygia, Pisidia, cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Paphylia, Lydia, insulis Cycladibus, Aegypto, Thebaide, Lybia, Galatia, Palestina, & Arabia, Hāc (inquit) exposuimus fidem, in qua reperiuntur septem definitionum capitula Nicēnæ expositioni addidisse, quæ illi negabāt, contra quos cōcilium fuerat congregatum, Illius vero catholici concilij apud Syrmium contra Fotinum ex toto Oriente congregati, quis sufficiat multiplices fidei sanctiones comprehendere, quæ apud Nicēnam synodum, quia talis rei necessitas fuerat, nulla nō sunt omnino sancta, quæ nullus fidelium audet

## B. VIGILII.

audet respuere, aut cunctatur recipere, si non vult cum Photino anathematis eorum sententiae subiacere?

Veteres me minisse utriusq; naturæ. in Christo.  
Sed iam illud videamus, qd isti de duabus naturis adferant quæstionis, quarū nusquam ab antiquis Ecclesiæ tractatoribus facta adserunt mentionē, sed à Diodoro & Theodoro & Leone episcopis, velut nouum dogma fuisse inuentū, per quod Iudaïsimi simul & gætilitatis error fuerit introductus, dum in Christo aliquid esse creatū factumq; suadet cōfiteri. O imperiti, & omni veritatis sacra mēto ignari. Ergōne nusquam antiqui patres duarum in Christo naturarum faciūt mentionem? Legite ô miseri, quid Athanasius, Hilarius, Ioannes & Ambrosius confessores, quid Theophilus, Gregorius, Basilius, Cyrillus & Augustinus, de duabus naturis edisserāt, & tandem ab Apollinaris & Eutychetis desinere errore, sequentes egregios & clarissimos, & in fide catholica totius mundi iudicio probatissimos viros, quorū sententias necesse nos erit, vbi oportunū viderimus, adnectere.

Creatum esse Christum. Nunc illud est diuinis edocendū testimonijs, & creatū esse Christū secundum veritatem humanæ eius naturæ, & eundem esse infinitum, secundum proprietatem nihilominus

nus

## LIBER V.

128

nus diuinæ eius naturæ, secundū quod isti diffidentur, properemus ostendere. Petrus ergo in Actibus apostolorum ita dicit, Certissimè sciat omnis dominus Israël, quia & dominum illum, & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Itē Paulus ad Roma. De filio (inq;) suo, q̄ factus est ei ex semine Dauid secundū carnē. Item ad Galatas, Cūm autē venit plenitudo temporum, misit deus filium suū factū ex muliere. Item ad Hebreos, Considerate apostolū & pontificem cōfessionis nostrę Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illū. Item ibi, Tāto (inq;) melior angelis factus, quāto excellētius pr̄ illis nomen accepit. Et ipse per Esaiā filius, Et nunc (inquit) dicit dominus, formans me ex vetero seruū sibi. Per Salomonē etiā creatum se hoc modo testat, Dominus creauit me initio viarum suarū. Quod secundū humanitatis naturā, quam in temporis plenitudine suscepturus erat, anticipans præloquutus est. Cūm ergo clareat Christum creatum, vel factum esse secundum id, quod homo dignatus est fieri, aut concedite hoc humanæ eius naturæ, aut si cōcedere nō vultis, naturā diuinitatis creatā esse adfirmabitis, ac sic vos cū Arrianis vel cū gentilibus conuincenti-

## B. VIGILII.

cimini creaturam venerari & colere. Item ad destruendam vtriusq; naturæ professionem isto quasi ineuitabili gloriatur syllogismo, aderentes non esse naturam, quæ non propriam habeat personam: neq; rursus personam, quæ non propriam habeat naturam. Hoc ideo intendunt, vt quia duas Christum profitemur habere naturas, vna autē quæq; natura propriam secūdum ipsos constet habere personā, necesse sit, iuxta duarum professionem naturarum, duas Christum habere personas. Nec tamen exemplis aliquibus, ip̄si isti docere curauerunt, vnamquaq; naturam propriam habere personā, sed tātummodo quæstiones intendentis transierunt ad hoc vt & veritati nebulas offunderent, & periculum disputationis silentio prēterirēt. sed videte obsecro, quomodo dum laqueos innectunt, inextricabiles ipsi quæstionū nodos incurunt. Respondeat igitur Arrianis, quomodo (si vnaquæq; natura propriam habet personam, & vnaquæq; persona propriam habet naturam) non tres sint in trinitate naturæ, sicut & tres demonstrantur esse personæ, ac si tres sunt personæ & vna natura, falsum est quod dicunt, Vnamquaq; persona propriam habere naturam. Nam vsque adeo

## L I B E R . V.

129

adeo falsum, vt cum homine alia sit natura animæ, alia cùm corporis, vna tamen sit hominis eademq; persona. Vnde necessarium iudico hic paulò latius propagare sermonem, nec constricta vti penitus breuitate, vt res necessariè aperiendas nequaquam ipsa breuitatis angustia inuoluamus.

Superioribus libris sufficenter, quantum opinor, de duabus Christi naturis disputantes ostendimus, quemadmodum rectis catholicæ professionis lineis, Nestorius & Eutyches ad impietatem sui dogmatis abutentes, densissimas erroris caligines vniuerso obduxerint orienti. At quia in Domino Iesu Christo, verbi & carnis vna persona est, duæq; naturæ, per ea quæ negari non possunt, negādi introducere moliti sunt. Nestorius enī occasione professionis duarum naturarum, duas nisus est in Christo personas ostendere. Eutyches autē vnius personæ patrocinio fulcitus, vnam eandemq; verbi & carnis delirauit esse naturam, & ita vterq; veritatem religiosæ professionis ad impietatem sui traxit erroris: qui si diuino vterentur magisterio, & prœiios in suis doctrinis sequerent Apostolos, agnoscerent vtiq; & duas in vna persona, & vnam in duabus naturis posse

R

## B. VIGILII.

posse esse personā. Siquidem negari nō potest, vt superius dixi, hominē ex duabus cōstare naturis, animē scilicet et carnis. Nemo tamē insipiens et totius rationis expers, recte hominem dixerit duas habere personas, aut quia rursus vna est hominis persona, recte opinatus sit vnam esse carnis animaq̄ue naturam. Non esse autem vnius naturæ corpus et animā, Saluator in euangelio docuit, dicēs, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quid ergo inauditum, quid à scripturis canonicas alienum et peregrinum, vt sicut credimus et experimur vnum esse hominem, animam rationabilem et carnem: ita credamus vnum esse Christum, Deum et hominem, sicut apostoli docuerunt, et sicut nobis viri apostolici tradiderunt.

Dilectum obiecta alia ad  
versariorum  
**Chalcedon.**  
**Syn.** Et quia nunc nobis intentio cōtra eos est maximē, qui errorem vnius naturæ sectantes, decreto concilij Chalcedonensis pertinaci obstinatione resistūt, cōmodum puto ad eorum inanes contradicūculas, vitreasq; sententias, veritatis malleo obterēdas, de humana filij Dei natura, quam in eo modis omnibus negant, pauca repetere, et quam nō sint Christiani, et à spe salutis æternę penitus

## L I B E R V.

138

nitus alieni, demonstrare. Regula est fidei catholicæ, vnum eundemq; dominū Iesum Christum, sicut verum Deum, ita verum hominem cōsideri, vnu esse ex vtroq;, nō duos in vtrunq;, ipsum sine tempore natū de patre, ipsum ex tempore natum de virginē, ita vt vtraq; nativitas sic vnum teneat Christū, vt in nullo sui pertulerit detrimentum, retinens in se quod est sui generis proprium, id est, vt et verbi natura non mutaretur in carne, et carnis natura nō fuisset in verbo consumpta. Hinc dominus Iesus Christus idē verus est deus, idem verus est homo, ex duabus ineffabiliter virginali aluo vnitis in vna naturis existens, quæ naturæ, quomodo in illa mirabili coniunctione non sunt in eo abilitæ, ad demonstrandam vtrarumq; proprietatis extantiam, in vno seipso vtriusq; res locutus est atq; egit, nō voces diuidēs, non effectus partiens, nō gesta secernens, sed ipse unus in seipso, quæ sibi ex vtraq; et in vtrumque conueniens, et proprium fuerat loquens et peragens, et, vt quod dicimus, plenum fiat, aliquo vt aimur exemplo, verbi gratia. Ego ipse sum, qui oculis corporeis albū colore nigrumve discerno, et ego ipse sum rursus, qui malum iniquitatis et iustitia

R. 2 bo

## B. VIGILII

bonum mentis obtutu dijudico, nec tamen  
alius atq; alias ero, quia vtrunq; mihi est ex  
diuerso. Nō enim ipfis oculis video variari  
colores, quibus video variari sermones, &  
tamē ego sum ipse, q ex vtraq; ago, vtrunq;  
meum est, non videre iustitiam nisi oculis  
mentis, & meum est non uocem oculis au-  
dire, & meum est nō videre lumen auribus,  
meum est non discernere naribus gustum,  
& meum est palato non percipere odora-  
tum, & cūm totum meum sit in meipso,  
id est, uidere, audire, odorari, gustare, & ta-  
men aliud est mihi vnde video, aliud vnde  
audio, aliud vnde gustum odoreſq; discer-  
no, & cūm sit in me totum quodam priua-  
to iure diuersum atq; diuisum, ego tamen  
ipſe diuidi & separari non possum. Ita ergo  
& Christus ipſe vnuſ atq; idem est, & crea-  
tus & non creatus, habens initium, & initio  
carens, & tate atque intellectu proficiens, &  
intelligentia & tatisque augmenta non reci-  
piens, mortem perpetiēs, & mortis legibus  
non subiacens, honores ob meritum acci-  
piens, & nullo honore indigens: & cūm hec  
omnia diuersa sint in seipſo, ipſius tamē sunt  
ppria, & ideo voces, affectus, & gesta vtriq;  
rei congruentia, in seipſo non diuidi.

Et

## LIBER V.

131

Et quia ipſius est vtrunq; quod habet, sed  
vnum illi est ex natura verbi, quā Deus per-  
manens non amisit, & aliud illi est ex natura  
carnis, quam hōmo factus accepit, adhuc di-  
camus manifestiū propter eos, qui per im-  
peritiam sensus naturarum proprietatem &  
cōmunionem, quemadmodum dicitur in  
Christo nō intelligentes abutuntur & refu-  
giunt hāc nomina. Diuersum est atq; alie-  
num, initium non habere, & ex initio subsi-  
stere: mori, & mori non posse, & tamen sic  
ut ipſi Christo proprium est vtrunq;, ita nō  
ipſi, sed in ipſo est vtrūq; cōmune. Si em̄ di-  
camus, qā ipſi est cōmune, necesse est vt exi-  
gatur à nobis dare & ostendere alium, cum  
quo ei sit hoc ipsum cōmune, quā profes-  
sionis necessitas in Nestorij vergit impium  
dogma. Melius igitur & catholicē dicimus,  
In ipſo & non ipſi esse cōmune. Et melius  
ipſi, & non in ipſo dicimus proprium esse.  
Ergo proprium est illi mori, propter natu-  
ram carnis, quā mortalis eft, & propriū est  
illi nō mori, propter naturā verbi, quę mori  
nō potest. Item propter ineffabile mysteri-  
um vniōnis vtrarumq; naturarum, cōmuniſ  
in ipſo fuit mortalitas carnis verbi nature,  
quę mori nō potuit, & cōmuniſ in ipſo eſt

R 3 im-

## B. VIGILII

Immortalitas verbi naturæ carnis, quæ morti succubuit. Ergo sicut illi mori et nō mori ex vtrisq; naturis est proprium, ita cōmune est in ipso vtrisq; naturis, quod illarum est proprium, et vt exempli gratia dixerim, Proprium mihi est notam liuoris cuiusq; verberis gestare in corpore meo per naturā carnis meæ, et proprium mihi est hanc eandem notam non gestare in spiritu meo, per naturam animæ meæ. Item proprium mihi est plagam verbi, id est, sermonem durum gestare in mente mea per naturam animæ meæ, et proprium mihi est, eandem plagam non portare in corpore meo per naturā carnis meæ, et cūm sit mihi vtrunq; propriū, et corpori, et animæ meæ, vtrunq; alienum, quia nec durum corpus latumve sermonē intelligit, nec anima flagelli vulnere lieuscit, vtrunq; tamen cōmune est in meipso, et animæ et corpori meo, qā nec anima extra corpus sit, ad quod ei sentire propriū fuit, sensit, nec corpus extra aīē confortium plagarū indicia gestauit, quod ergo proprium nūhi est in singulis, et alienum est singulis, id cōmune in meipso singulis, quod p̄prium est singulis. Et tamen ego ipse vnu sum in singulis mihi metipsi proprijs.

Quæ

## LIBER V.

132

Quæ cūm ita sint, series nobis diuinatarum percurrenda est literarum, & plurima testimonia congerenda, quibus demonstretur, quām sit impium & sacrilegum, ea quæ sunt propria carnis Christi, ad naturæ verbi proprietatē referre, & quæ sunt propria verbi proprietati nature carnis adscribere, & q̄ sit homini impiū, ea quæ sunt propria carnis, per exceptionem proprietatis alienare à verbo, & quæ sunt propria verbi, eadem exceptionis lege alienare à carne, cum sit eis vtrūq; in Christo commune, & Christus sit vtrunq;. Et quoniam vnius naturæ professores hac sibi confessione blandiuntur, dicentes, Quid impossibile aut inconueniens dignatioī filij nci, vt in natura diuinitatis suę, ob nostrę salutis redemptionē, quę vellet in digna & humilia sustinere, per quem magis ampliorem nobis ad se diligendū charitatis excitaret affectum, ea pro nobis in natura sua perpetiēs, quæ ei probatur esse indigna, exigendum ab eis est, cur is qui morte sua perempturus erat mortem, sicut & prophe ta prædixerat, dicens, Ero mors tua ô moīs, si hoc ei possibile fuit, id est, in natura sua mori, quid ei opus erat de virginē nasci? Sed utiq; hoc est admiranda eius benignitas in

R 4

hoc

## B. VIGILI

hoc,magnus ergo in nos pietatis eius demō  
stratur affectus,vt quia mors eius nobis fue  
rat necessaria,ipse autem in natura sua mori  
non poterat,dignatus est naturam nostram  
adsumere,in qua pro nobis mori potuisset,  
quod fuerat necesse.Sed concedamus eis cō  
tra totius scripture fidem & catholicam ve  
ritatem,vt in natura sua pro nobis mori di  
gnatus sit,quod est omnino impossibile,&  
omnes humanæ fragilitatis pertulerit pa  
ssiones,nunquid & honoribus sublimari,&  
dignitatis profectibus augeri natura eius  
indigebat,vt humilitatis & obedientiæ ac  
mortis merito sublimium meritorū tenere  
fastigium,& potestatem cœli ac terræ me  
reretur accipere,tanquam qui antea non ha  
buit? An fortè negabūt domino Iesu Chri  
sto ob meritum passionis et mortis hæc oīa  
fuisse collata? Legant Apostolum dicentē  
de ipso, Humiliauit seipsum, factus obe  
diens vñq; ad mortem, mortem autem cru  
cis, propter quod et Deus illum exaltauit,  
et donauit illi nomen quod est super omne  
nōmē,vt in nomine Iesu omne genu flecta  
tur,cœlestium,terrestrium et infernorum.  
Et Dauid, De torrente (inquit) in via bi  
bet,propterea exaltabit caput. De torrente

in

## LIBER V.

133

in via,id est,de fluvio mortis humanæ biber,  
propterea exaltauit caput , quia mortem gu  
stauit.Et ipse in Euangelio,Propterea(inqt)  
diligit me pater meus, quoniam animam me  
am pono pro ouibus meis . Quid igitur vo  
bis videtur?Natura verbi vel vacua magnitu  
dinis & gloriæ honoribus fuit, aut imperfe  
ctæ aut exiguae dilectionis apud patrem in  
æternitate manebat, & idcirco talia subire  
quesiuit, per quæ acceptior & honorabilior  
eslet,atque excellentioris mentis emineret.  
Exaltauit,inquit,eum,& donauit illi nomen  
quod est super omne nomen. Ergo ver  
bum ad illud vñq; tēpus non habuit nomen,  
quod est super omne nomē, sed meruit ope  
ribus quod natura non habuit?Itē ad Hebræ  
os,Tanto,inquit, melior angelis factus,quā  
to excellentius nomē præ illis accepit. Quis ,  
in tantam impietatis voraginem proruat?  
Quis eosq; amentiæ nube cæcatus in id de  
cidat,vt opinetur Christum secundum diui  
nitatis naturā meliorem angelis factum? Ne  
que enim angelis diuina potest eius confer  
ri aut comparari natura,quorum quasi colla  
tione reperiatur excellentior , atque melior,  
cum sit omnibus naturis incomparabiliter  
præstantior.Sed & quod ait,Melior angelis

R. s factus,

## B. VIGIL II

factus, posterius vult intelligi, id quod melius præcedētum relatione factum est: quod quid aliud erit nisi humana eius natura? Non men quoq; eum melius accepisse describit: quod omnino diuinam eius non potest referre naturam. Quis enim naturæ trinitatis superior & melior potuit iuueniri, qui ei melius angelis nomen & daret & imponeret? quoniam meliorum est inferiorib⁹ nomina impertire. Quis ergo nō videat hęc in Dei filio naturæ carnis eius cōgruere, secundū quam & exaltatus est, & honoratus, & coronatus, & melioris nominis dignitatem adeptus est, is qui secūdum naturam verbi horum nihil eguit aliquando?

Persequamur ergo omnes adhuc beatitudinis eius munera paſſiōis eius merito acquisita, quibus luce clarius apparebit, nō posse ei secundum quod natura Deus est, sed secundū quod natura homo factus est cōuenire. Dicit ergo Esaias propheta, Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen perlōgāuum, & voluntas domini in manu eius diriget, pro eo quod laborauit anima eius. Videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Propterea ipse pos-

fide-

## LIBER. V.

134

siderbit multos, & fortium ipse diuidet spolia, pro eo quod tradidit in morte animā suam, & cum sceleratis deputatus est, & peccata multorū tulit, & pro trāsgressoribus rogauit. Vide quanta eum ob meritum passionis adeptum propheticus sermo describit. Videbit, inquit, semen longāum, videbit lucē & saturabitur scientia, possidebit multos, & fortium diuidet spolia. Quæ omnia ei secundum naturā verbi non cōuenire puto, quod superfluum sit demonstrare, cum seipſa rerum eidēntia manifestet. Item quod potestatem cœli & terræ, & hereditatē gentiū, & subiectiōnem vniuersorum ex tempore acceperit, & ipse & de ipso in euāgelijs, & prophetæ loquuntur. Nunquid ergo potestatē & dominum creaturæ suæ, utpote omnium conditor non habebat, ut temporibus nouis simis hęc omnia muneris gratia potiretur? Dicit ergo post resurrectionem suam, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: quam potestatem olim promiserat, dicens, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quam petitionem filij, & largitionem patris, tempore passionis expletā fuisse propheta Esaias testatur ex persona patris

MUR-

## B. VIGILII'

nunciantis sic dicens, In tempore placito ex audiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi, & plasmavi te, & dedi te in testamentum gentium, vt constituieres terras, & possideres hereditates desertas, dicesq; his, qui in vinculis sunt, exite, & qui in tenebris, reuelamini. Item ipse filius in eodem propheta, Et nunc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & glorificatus sum in oculis domini, & Deus factus est fortitudo mea. Et dixit, Parū est vt sis mihi seru⁹ ad fuscitadas tribus Iacob, & dispersiones Israël congreges, ecce posuit te in lucem gentium, vt sis salus vſq; ad extreum terræ. Quis ita stolidus & mentis erit alienus, vt non videat, non intelligat formari ex vtero, & mereri seruum fieri, & tempore opportuno exaudiri atq; auxilium spectare paternū, & confortari in domino, & possessionem terrarum ex tempore accipere, ad naturam carnis Christi proprie pertinere? Adhuc autem si otiosum non est pauca proferimus, quæ penitus ad diuinitatis eius nō poslunt referri naturam. Sic igitur de eo pater per Esaiam loquit̄, Ecce seruus meus, fūscipia eū, & electus meus, cōplacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum iudicium gen-

## L I B E R V.

135

gentibus proferri. Ipse quoq; de se ipso similiter, Spiritus, inquit, domini super me, propter quod unxit me, euangclizare pauperibus misit me. Et Dauid eidem, Propterea, inquit, vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Et ex persona patris, Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electū de populo meo. Et petrus de ipso, Lapidem, inquit, ab hominibus reprobatum, à Deo autē electum & preciosum. Nunquid Dei filius ex ea natura, qua Deus est, & nō ex illa potius, qua homo factus est, electus poterit appellari, vt inde natura diuinitatis eligeretur, quæ vna est, & quæ in pluribus non potest deputari? Dicit enim ecclesia in Cantico Canticorum, Fratruelis meus electus de pluribus. Et pater, Exaltaui electum de populo meo. Dicite igitur ô vos vnius naturæ professores, cum vna sit dei natura, quomodo vel vnde dicat electa? Quis illa superior potuit eam de pluribus eligere? An forte ipsa de medio populi se se elegit? Et quanquam nemo seipsum eligat cum aper-te huius electio à Deo facta esse dicatur, tametsi seipsa nouissimis temporibus elegit, in omni illo superiori tempore incerta fuit & incognita, populi & sociorum confusio-

## B. VIGILII

fusione permixta, de quorum cōsortio eligi, & sancto spiritu vngi meruit. Quia David ait, Vnxit te p̄r̄ confortibus tuis. Eligitur ergo, & vngitur, & super se habet spiritū sanctum diuina natura? Dedi, inquit, spiritum meum super eum. Et ipse filius, Spiritus, inquit, domini super me, propter quod vnxit me. Et quomodo & qualis est filio spiritus sanctus, cū super eum esse describatur? Dicit autem de ipso Esaias, & requiesceret super eū spiritus domini, & implebit eum spiritus sapientiæ. Et Lucas in euangelio, Puer autem crescebat & cōfortabatur & implebatur sapientia. Vnde manifestum est filiū dei non secundum naturam verbi eligi de pluribus, aut confortari, aut impleri sapientia. Nō enim natura verbi est confortari, cum ipsa sit virtus: nec crescendi augmenta suscipere, cum perfecta sit in seipsa: nec sapientia impleti, cum ipsa implete omnia: nec eius eligi, cū ipsa magis eligat, & vnde eligatur nō habeat. Quia ergo verbi naturæ ista non conueniunt in Christo, carni eius congruant neesse est, secundum quam iure dicitur seruus eleitus, iure confortatus, iure sapientia impletus, iure creuisse, iure spiritum sanctum super se habere.

Quod

## LIBER V.

136

Quod vt adhuc evidentius clareat pauca subnectemus. Dicit de ipso Esaias, Priusquam sciat puer respuere malum, & eligere bonū antequam cognoscat, puer vocare patrem aut matrē accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariae. Nunquid naturam verbi tantæ audemus ignorantiae subiçere? cui nec p̄terita, nec futura habentur occulta. Et iterū Lucas, Iesus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deū & homines. Si verbi in eo proficiebat natura, ergo mutabilis facta est per profectum. Quod em̄ proficit, mutatur in melius. De potestate quoque & gloria regni, & iudicij autoritate, quam ex tempore ob meritum passionis, secundum naturam carnis accepit, breuiter aliqua dicamus. Gabriël in euangelio ita de ipso dicit, Et dabit illi dominus Deus sedem dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob, & regni eius non erit finis. Ad Dauid quoq; ista sunt verba patris de ipso, De fructu ventris sui ponam super sedem tuam. Item, Et ponam in s̄eculum s̄eculi sedem eius, & thronum eius sicut dies cœli, & primogenitum ponam illum excelsum p̄r̄ regibus terræ. Item, Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Et ponā in

## B. V I G I L I I

in mari manum eius, & in fluminibus dexterae eius, & dominabitur à inari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terre. Et Dauid de ipso ad patrem, Gloria & honore coronasti eum, & constitueristi eum super opera manū tuorum. Omnia subieciisti sub pedibus eius. Item, posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Vitam petiit, & dedisti ei longitudinem dierum in sacerdulum saeculi. Iuxta illud Esaiae, Si tradiderit in mortem animam suam, videbit semen longæuum. Item, Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam procede & regna. Et Danjel, Ipsi datus est principatus, honor, regnum. Quæ omnia cur acceperit non tacetur. Nam ipse meritum tantæ dignitatis acceptæ demonstrans, ait, Vincenti & seruanti opera mea, dabo potestatē super g̃etes, & reget eas in virga ferrea, sicut & ego acceperī à patre meo. Item, Qui vicerit dabo ei sedere me cū in sede mea, sicut & ego vici, & sedi cū patre meo in sede ipsius, cui victoriae omnis cœlorum exercitus attestatur, dicēs, Dignus est agnus qui occisus est accipere gloriam, & honorem, & sapientiam, & fortitudinem, & potestatē. Hæc de regni gloria, & potestate, quam ex tempore ob meritum passionis

Dei

## LIBER V.

137

dei filius secundum naturam carnis suæ accepit. Cum secundum verbi naturam nihil eguit.

Multo breuius dicamus, quanquam in sede regni nō aliud, quām iudicis auctoritas demonstraretur. Propheta ergo sic de ipso ad patrem loquitur, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et ipse, Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Et in Euāgelio, Et potestatem, inquit, dedit ei, & iudicium faciendi, quoniam filius hominis est. Horum sacrorum eloquiorum meliorē interpretem, quām ipsum dominū, non inuenimus, qui nobis tantorum honorum sibimet collatorū causas & meritū valeat referare. Cesset omnis humanæ argumētatiōis calliditas, nec sē audeat imperita peritia vltra modum diuinæ expositiōis extēdere. Ipse dei filius sacro diuinitatis ore perdoceat, cur vel secundum quod tantis à patre sublimatus honoribus, qui sic incarnatus homo factus est, vt in id quod erat immutabiliter permanens, nihil eorū amitteret, quę prius habebat. Dicit ergo cur ex tempore potestatē accepit, qui semper habebat? Et potestatē,

S inquit,

D. VIGILII

Inquit, dedit ei & iudicium faciendi quoniam filius hominis est. Quid igitur domine Iesu Christe, alius & alius nobis apparebis, cum nos te vnum eudemque; filium dei & filium hominis fateamur? Cur itaque non dixisti, Et potestatem dedit ei, quoniam filius dei est? Vnus inquit, & idem sum, nec diuidi possum: sed quare vel vnde acceperim, quod semper habui, volui demonstrare. Secundum naturam enim, qua deus verbum sum, nihil egui, nihil accepi, quoniam filius dei sum, & honoratus sum: secundum naturam autem carnis, qua deus verbum incarnatus homo factus sum, & egui, & accepi, quoniam filius hominis sum & ad hoc natus sum.

Et quanquam haec suffecerint, pro sui firmitate roboris, ad demonstrationem in Christo vtriusque naturae, tamen ut magis magisque veritatis claritas elucescat libet etiam illum Apostoli tractare sermonem, quo pro nobis Christum mediatoorem adserit factum: quod officium, nisi ex veritate naturae carnis, quam ex nobis habuit implere non potuit. Quoniam per ipsam inter deum & homines medius ap-

paruit.

L I B E R . V.

138

paruit. Et quia, vt Apostolus ait, & rerum veritas docet, mediator non est vnius: habens autem Christus secundum vos vnam naturam, ostendite unde sit medius inter nos & illum? Quia si, vt impie sapitis, vna est ei<sup>9</sup> natura mediatoris: in eo quod est vnum & singulare salutis nostrae remedium, frustrabitur sacramentum. Vnde enim medius erit, si vtrumque; non habuerit? Quia nisi tales dederis inter deum & homines, qui ita sit medius, vt ex utroque vtrumque; sit, id est, vt & deus sit propter diuinitatis, & idem homo sit propter humilitatis naturae, humana diuinis queadmodum recollectientur non ostendis. Nam quia transgressione mandati inimici dei extiteramus, & in contrarium animis discordantibus vergebamus, a supernis declinantes, & ad ima tendentes, necessitate fuerat inter eum & miserationis diuinae, solutis inimicitias, contraria in vnu reuocari, & supernis ima restitui: quod non aliter fieri potuit, nisi talis mediator existeret, qui de cœlestibus venies coniunctur terrenis, retinet in se id quod non erat, vno fieret in utroque: & ita per vtriusque naturae coniunctionem in una eademque persona, & humana diuina.

S 2 nis,

## B. VIGILII

nis, & diuina sociaret humanis, prius v-trunq; sine vtriusq; abolitione, vniens in seipso, dein omnes fideles patri reconcilians deo. Et quia recōciliationis sacra mentum immaculatum flagitabat sacrificium, talis hostia requirenda fuerat, quæ ita media esset inter deū & homines, vt & morti succüberet per illud quod hominis habebat, & mortē reuinceret per id quod in se diuinitatis tenebat. Vnus igitur est ante incarnationem verbi deus, & qui in humanitate mansit, in qua erat & erit. Non discernendo igitur, vnu domum Christum in hominē seorsim, & seorsim in deum, sed vnum eundemq; Iesum Christum esse dicimus, nō ignorantes differētias naturarum, sed eas inconfuse inter se se feruantes.

Veterum sententia de utra que in Christo natura.

Et quoniā isti vtriusq; naturæ professi onem nouam esse calumniantur, cūctos ecclesiæ tractatores in medium deducamus, ex quorū multiplicibus dictis pauca & breuia excerptentes, huic operi subnectimus, ad latiores seorsim, & diffusiores de hac cōfessione tractatus, quos beatissimus Leo in vnum testimoniorū cumulum, prouida diligentia cōgescit, studiosos

## LIBER V.

139

diosos quosq; imitantes: & vt nobis duplex in tantorum & talium testiū produ ctione nascatur vtilitas, eorū sententias Leonis sensibus coaptemus. Dixit Leo, quod maxime isti reprehendendum existimant, Operatur vnaquæq; natura cū communione alterius quod proprium. Hoc & Hilarius confessor in libro vno contra Arrianos, Natus ergo vnigenitus Deus ex virgine homo secundum plenitu dinem téporum, in semetipso profecturus in deum hominem. Hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, vt se dei filium credi doceret, vt hominis filium prædicari admoneret, locutus & gressus vniuersa quæ dei sunt, loquens deinde & gerēs vniuersa quæ hominis sunt, ita tamen, vt ipse ille vtrius generis sermonem nunquam nisi cū significatione & hominis loquutus & dei sit. Ecce aper te communionem utrarumq; docens nat urarum, & verbum dixit loqui & agere quæ carnis sunt, & carnē quæ uerbi sunt. Cui sententiæ & beatus quoq; cōgruens Ambrosius ita dicit, Confors vtriusque *D. Ambro.* naturæ, id est, humanæ atq; diuinæ, in na tura hominis subiij passionem, vt in discretè

## D. VIGILII

discretè & dominus maiestatis dicatur esse qui passus est, & filius hominis, sicut scriptū est, qui descēdit de cœlo, Perspicuo enim is & communionem operis, & proprietatem vtriusq; naturæ descriptis: dū & caro propter verbū de cœlo descēdisse, & verbū propter carnem mortem subiisse diuina testantur eloquia, cum nec caro de cœlo descenderit, nec verbū mori potuerit.

Item dixit Leo, Esurire, sitire, lassificere, atque dormire euidenter humanū est, & non est eiusdem naturæ flere, miserationis affectu amicum mortuum & eundem ad vocis imperium excitare rediuiuum. Hoc & beatus Gregorius Nazianzenus episcopus adseruit, dicens, Cum ergo processisset ex virginē deus, in ea quam adsumperat humana natura, vnu è duobus in inuicem contrarijs existēt, aliud in deum adsumitur, aliud deitatis gratia præstat. Missus est quidem, sed vt homo, duplex enim erat in eo natura: in deinde & laborauit ex itinere, inde esurij & sitiuit, & contrastatus est, & fuit humani corporis lege.

Item dixit Leo, Natura inuiolabilis, natura

Gregor. Na  
zianzenus.

## LIBER. V.

140

tura est vnicā, passibilis, vt quod nostris remedijs congruebat vnu atque idem mediator dei & hominum homo Iesu Christus & mori posset ex vno & non mori posset ex altero, & non est verbi naturæ clavis affigi potuisse. Hoc & beatus Cyrillus in epistola totius synodi ad Nestorium, In ipsa, inquit, uulua veteroque virginali se se verbum cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem carnis suæ nativitatem faciens. Sic illum dicimus & passum esse & resurrexisse, non qua deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorum confixiones aut alia similia vulnera: deus namq; incorporalis extra passionem est: sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur, deus, qui pati non poterat. Simili modo & morte ipsius intelligimus. Immortale enim, incorruptibile est naturaliter uiuificans dei verbum, sed quia corpus ipsius proprium dei gratia, iuxta Pauli vocē, pro omnibus mortem gustauit: idcirco ipse dicitur mortem gustasse

Cyri illm.

S 4 pro

## B. VIGILII

pro nobis , non quod ipse mortem esset expertus quātum ad ipsius naturam pertinet : insania est enim hoc sentire vel dicere: sed quod, vt supra diximus , caro ipsius mortem gustauit. Item & resurgete carne eius resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderat, ab sit , sed quia eius surrexit corpus. Ita Christum vnum & deū confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadarrantes, ne diuisionis quādam species in ducatur, sed vnum iam eundem adorantes. Hoc & beatus Hilarius paucis explicat verbis, Videsne (inquit) deum & hominē ita prædicari, vt mors homini, deo vero carnis excitatio deputetur , naturā dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognoscere, & cum sint vtraq; vtrisq; gesta naturis, unum tamen Iesum eum memento esse qui vtrung; est.

Et quia perspicue , quantum opinor, claruit beati Leonis epistolam cum Cyriilli sydonicis congruere literis, quid etiam cæteri ecclesiæ tractatores de vtrisque naturis Christi senserint, breuiter intimemus. Sanctus Ioannes in Omelia de ascen-

D.Hilarius,

Chrysost.

## LIBER V.

141

de ascensione domini ita dicit, Deus nobis iuste irascebatur , & nos contemnebamus, iratum & clementem dominum declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociauit vtrāmq;; & nobis quod imminebat supplicium ipse sustinuit.

Item , Cognoscamus igitur quæ natura est cui dixit, Sede ad dexteram meam, & esto meæ particeps sedis, illa nimirū natura quæ audierat, Terra es, & in terram ibis. Hoc & Augustinus sentiens, Gratulandum (inquit) fuerat humanæ nature, eo quod sic adsumpta est à deo verbo, vt mortalis cōstitueret in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis federet ad dextram patris. Item beatus Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus, Cum ergo quādam in Christo ita videbamus humana, vt nihil à communi mortalium fragilitate distare videantur, quādam ita diuina, quæ nulli alio quām ineffabili naturæ cōueniant diuinitatis, hæret humani intellectus angustia, & tantæ admiratiōis stupore perculsa, quò se conuertat ignorat. Si hominem putet, deuicta mortis regno cum spolijs redeūtem à mortuis cernit, propter quod cū

August.

Basilius episcop.

S 5 omni

## B. VIGILII

omni metu & reuerentia contemplandū est, vt in vno eodemq; vtriusq; naturę ve-  
ritas demōstretur, vt neq; aliquid indig-  
num & indecens in diuina illa & ineffa-  
bili substantia sentiatur, neq; rursus que  
gesta sunt, falsis illusa imaginibus existi-  
mentur. Qua hinc exitur, quo rursus euā  
ditur, quibus commentis, quibus argu-  
mentorum præstigiis tantę potest autho-  
ritas ueritatis obumbrari. Ita omnes ec-  
clesiastici tractatores, in utriusq; naturę  
proprietate consentiunt, ut in uno eo-  
demq; Christo nihil indignum nihil fal-  
sum existimetur. Nihil indignum ne  
filium dei deum dominum Christum  
secundum diuinitatis suę naturam cre-  
damus morti subiacuisse. Nihil fal-  
sum, ut eudem secundum carnis suę  
naturam credamus mortuum esse, ut  
quia uere mortuus est dignitatis sit na-  
turę uerbi, honorem dare immortalita-  
tis & naturę carnis ueritatem adscribere  
morti? ita vt vtrūq; vnius eiusdem sit  
Christi, id est, & mori & non mori, mori  
secundum naturam carnis suę, & non mo-  
ri secundum naturam diuinitatis suę.

Sed iam vltimum decreti capitulum vi  
deamus

## LIBER. V.

142

deamus ex decreto synodi Calcedonen-  
sis. Vnum eudemq; Christum dominū  
vnigenitum (confitemur) in duabus na-  
turis inconfuse, in conuertibiliter, indi-  
uise, inseparabiliter cognoscendum, nus  
quam duarū naturarū diuersitate euacua-  
ta propter vniōnem, salua magis proprie-  
tate vtriusq; naturę, in vnā personā atq;  
substantiam conuenientibus, non vt in  
duas personas diuīsum aut segregatum,  
sed vnum eūdemq; vnigenitum filiū deū  
verbū dominū Iesum Christū. In hoc  
Capitulo hoc eis displicet, cur dixerint,  
Salua proprietate vtriusque naturę vel,  
Non euacuata naturarum differentia :  
que vt firma esse perdoceat, cōsueta ver-  
borum prolixitate & inani adsertiōe vtē  
tes, multa de Cyrilli capitolis interpo-  
nunt testimonia, quibus ille non duas in  
christo negat naturas, sed unā docet esse  
personā. Ne igitur soli eos nostra dispu-  
tatione refutemus, Cy. illi etiā nos uer-  
ba ponamus, ut quomodo Cyrillo teste  
nituntur, Cyrillo teste uincantur. Ex sy-  
nodicis Cyrilli ad Nestorium literis hæc  
sunt, Nō em dicimus (inquit) quod diuī-  
na natura cōuersa uel immutata facta fit  
caro

Cyrillum &  
synod. con-  
Chalcedon.  
gruere.

## B. VIGILII

caro, nec quod in totum hominē, quod ex anima est & corpore, transformata sit, sed illud magis quod carnem animatam rationabile fibi copulauerit verbum substantialiter ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis: non nudæ tantummodo voluntatis, sed nec adsumptione sola personæ, sed quod diuersæ quodammodo naturæ in vnum cōuenerint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, nō euacuata aut sublata diuersitate naturarum, per cōiunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum dominum & Christum & filium, id est, diuinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemq; copulationem ad unitatem. Quid hoc manifestius, quid clarius ad consonantiam synodici Decreti Chalcedonensis ex literis Cyrilli potuit demonstrari? Ecce nec dicta dictis, nec sententiae sententijs aduersantur, sed sicut uno fidei sensu, ita ijsdem penè vsi sunt verbis. (Dixit sancta synodus.) Nusquam duarum naturarum diuersitate euacuata. (Dixit beatus Cyrillus.) Non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctio-

nem

## LIBER V.

143

nem. (Dixit sancta synodus.) Vtriusque naturis in vna persona conuenientibus. (Dixit beatus Cyrillus.) Non nudæ tantummodo voluntatis sed nec adsumptione sola personæ, sed quod diuersæ quodammodo naturæ in vnum cōuenerint. Dixit sancta synodus.) Non in duas personas diuisum, sed vnu eundemq; Christum. (Dixit beatus Cyrillus.) Vnus tamen ex ambabus, id est naturis Christus filius. Et iterū, Sed quia simul nobis efficerunt vnum dominum Christum & filium, id est, diuinitas & humanitas.

Et quia p̄spicua, vt reor, & clarissima veritatis luce cæteræ falsitatis effugatæ sunt tenebræ, ac ruinosum prauī dogmatis edificium, quod contra Leonis epistolam & Calcedonensem Concilium, cäsis perfidiq; nisibus erigebatur, valido catholiconum testium impetu exagitatum irreparabiliter cecidit, deinceps deo gloriâ & honorem, cuius munere vel dono victoria conceditur & falsitas superatur. Si quid sanè in his opusculis defensionū, minus à nobis, haud secus quam oportuit, dictum est, veniam postulamus. Aut enim verborū nobis copia defecit, vt id quod

B. VIGILII

quod sentiebamus exprimere nequiremus: aut quæ sentienda fuerant exilitate ingenij & mentis infirmitate sentire non ualuiimus: sed si opere displicemus, saltē studio placeamus. Sit acceptum voluīſſe, ſi displicet non potuifſe noſtrum.

B. Vigilij contra Eutychen  
Finis.

